HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

# PROF. JOHANN WERLHOF

| | |
|---|---|
| Fakultät | Juristische Fakultät |
| Geboren | 1660 in Lübeck |
| Gestorben | 1711 in Helmstedt |
| Kurzvita | Phil. Prof. d. Politik in Helmstedt (1686–1696); Jur. Prof. in Helmstedt (1696–1708); Jur. Prof. des Codex in Helmstedt (1708–1711); |
| Studium in Helmstedt | Immatrikulation in Helmstedt: Johannes Werlhofius Lubecensis (07.09.1675) |
| Ehefrauen | Maria Dorothea Werlhof geborene Heigel (1673–1753), Heirat 1690 |
| Porträt | HAB: A 23775 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 248 |
| GND | https://d-nb.info/gnd/11729618X |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-237-werlhof |

## Lehrstühle

1686–1696 Lehrstuhl für Politik, Helmstedt

1696–1708 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

1708–1711 Lehrstuhl für Codex, Helmstedt

## Akademische Ämter

1702–1703: Universität Helmstedt, Prorektor

1708–1709: Universität Helmstedt, Prorektor

## Vorlesungen (59)

Johannes Werlhofius absolutis hactenus generalioribus de Rep. doctrinis, eadem, qua coepit, methode, quiquid Politicae disciplinae tradendum restat, conjunctis in praesentis, saeculi promtioris usus Veteris atque Novioris Philosophiae praesidiis, prosequetur; [...], Wintersemester 1686/1687

[...] neque illorum studiis defuturus, si qui privata ipsius opera ad interiorem publicarum atque civilium rerum intellectum, sive generatim, sive proposito illustriori Germanicae Reip. exemplo, maneduci desideraverint., Wintersemester 1686/1687

Jo. Werlhofius, Rerump. pluribus corporibus constantium & inprimis Germanici Imperii indole nuper exposita, Civilis doctrinae praeceptiones denuo generatim tradet, recentioris aevi luce eruditae antiquitatis disciplinam passim illustraturus. [...] Docet hora I., Sommersemester 1687

[...] Tum privatis lectionibus id dabit operam, ut, quae in secundo & ultimo libro Grotiani Operis interpretanda restant, eadem qua coepit, methodo explicentur; nec in caeteris studiosae juventutis desideriis defuturus., Sommersemester 1687

Jo. Werlhofius, publice in nobili doctrina de Legibus & recta ratione ferendarum legum, habito praesertim ad Germanici Imperii Remp. respectu explicanda perget; [...] Docet hora I., Wintersemester 1687/1688

[...] privatim lectiones in Monzambanum nuper coeptas continuabit., Wintersemester 1687/1688

Jo. Werlhofius lectiones publicas de Statu Imperii Germanici continuabit & absolvet. [...] Docet hora I., Wintersemester 1688/1689

[...] Neque privato studio & industria commilitonum cuiquam deerit., Wintersemester 1688/1689

Johannes Werlhofius Reliquas ex Imperii Germanici Notitia partes de Civitatibus imperii, de Juribus Majestatis, de Comitiis, De forma & civili aestimatione Reip. Germanicae prosequetur & absolvet, Civilis deinde Philosophiae explicationem aggressurus. [...] Docet. hora I., Sommersemester 1689

Privatim interpretationem Grotiani Operis Commilitionibus, constanter eam desiderantibus, non denegabit., Sommersemester 1689

Joannes Werlhofius, Civilis Disciplinae praecepta, junctis eruditae Antiquitatis ac Recentioris Aevi praesidiis, & affusa passim illustrium exemplorum luce, exponet, publicis subinde disquisitionibus publice traditarum praeceptionum veritatem accuratius a Commilitonibus examinari cupiens. [...] Docet hora prima., Wintersemester 1689/1690

Privatim & Hugo Grotii illustre opus, & reliqua quae coepit, partim explicare perget, partim proprediem absolvet, nova postmodum, annunte Numine, auspicaturus. Docet hora I., Wintersemester 1689/1690

Johannes Werlhofius, selectiora Civilis disciplinae capita, qua coepit methodo, ita explicare perget, ut non iis solum, qui priora audiverunt, sed & novis auditoribus singulorum capitum accuratior expositio uberem fructum afferre possit. [...] Docet hora I., Sommersemester 1690

Privatim, quantum licebit, plerisque omnibus Commilitonum desideriis dudum intellectis satisfaciet. Docet hora I., Sommersemester 1690

Johannes Werlhofius Lectiones Publicas Politicas, itemque privatas in Monzambanum proprediem absolvet, auspicaturus exinde publice pariter & privatim lectiones novas, quas ex auditores usu esse intellegit., Wintersemester 1690/1691

Joannes Werlhofius Notitiam Imperii Germanici ante menses aliquot publice exponere exorsus, ad solidiorem Patriae Reip. intellectum, & ad optimos quosque fontes, consueta methodo, porro manuducet. [...] Docet hora X., Sommersemester 1691

[...] Nec minori industria, quae privatim auspicatus est, aut quae Commilitonum desideria ipsi suggerent, prosequetur., Sommersemester 1691

Joannes Werlhofius Notitiam Imperii Germanici intra perpaucos menses absolvet, Civilis Prudentiae praecepta postmodum publicis lectionibus traditurus. [...] Docet hora X., Wintersemester 1691/1692

[...] Privatim, quae nuper exorsus est, omni diligentia prosequetur, neque commilitonibus disputando ingenii vires periclitaturis deerit., Wintersemester 1691/1692

Joannes Werlhofius Civilis Philosophiae praecepta succinctis thesibus inclusa proponere, & uberiori explicatione illustrata ad gravissima quaeque rerum momenta, & insignes practicae vitae usus aptare perget, pari sedulitate etiam, quae privatim hactenus tradere coepit, prosecuturus. Docet hora X., Sommersemester 1692

[...] Neque minus privatim ad nova & a Commilitonibus desiderata propediem se accinget., Wintersemester 1692/1693

Joannes Werlhofius postquam generalem de Republica doctrinam finiit Remp. Germanicam in illustre nobilissimae disciplinae exemplum proponet, omnemque civilem illius habitum Politicae Philosophiae luce illustrabit. [...] Docet hora X., Wintersemester 1692/1693

Johannes Werlhofius Politicae Philosophiae fundamenta publicis lectionibus tradet, uberi passim exemplorum copia praeceptorum veritatem illustraturus. [...] Docet hora X., Wintersemester

1693/1694

Privatim, quae Commilitionibus gratissima fore intelliget, haud minori promtitudine & industria docebit., Wintersemester 1693/1694

Joannes Werlhofius Politica brevi absolvet, ad alia postmodum publice tradenda progressurus, quae Civilium Studiorum cultoribus gratissima fore perspiciet. [...] Docet hora X., Sommersemester 1694

Privatim & Notitiam Imperii Germanici, & lectiones, quas coepit, reliquas ad finem perducet, spondens promtam deinde tum ad alias privatas lectiones industriam, tum paratum disputaturis praesidium. Docet hora X., Sommersemester 1694

Johannes Werlhofius Lectiones Publicas in Monzambanum diligenter continuabit & ad finem cum bono Deo perducet., Wintersemester 1694/1695

Privatim explicationem Illustris Grotiani Operis de jure Belli & Pacis proprediem auspicabitur; sedulamque navabit operam, ut in caeteris quoque honestissimo Commilitonum desiderio satisfaciat., Wintersemester 1694/1695

Joannes Werlhofius Publicis lectionibus Politicam, privatis Grotianum de Jure Belli & Pacis Opus, explicare perget & utrumque absolvet brevi. [...] Docet hora X., Sommersemester 1695

[...] In caeteris, quae privatim tradit, haud minori diligentia Auditorum commoda promovebit. [...], Sommersemester 1695

[...] Notitiae itidem Imperii Enucleatae specimina publico eruditorum examini disputando sistet., Sommersemester 1695

Joannes Werlhofius Monzambanum de statu Imperii Germanici publicis lectionibus exponet. [...] Docet hora X., Sommersemester 1696

Quae vero hactenus de imitandi ratione publice docuit, ea privatis exercitationibus ad usum accomodabit, nec alias studiosae juventutis commodis promuneris sui ratione deerit., Sommersemester 1696

Johannes Werlhofius lectionibus publicis in Monzambanum proprediem absolutis, Politica Justi Lipsii dilucide & copiose exponet [...], Wintersemester 1696/1697

Johannes Werlhofius J.U.L. Institutionum & Juris Criminalis Prof. Publ. Ord. publice Institutiones anno superiori in exitum vergente interpretari exorsus, partim ea, quae ad Jurisprudentiae fundamenta pertinent, partim ea, quae ad Jurisprudentiae fundamenta pertinent, partim nobilem de nuptiis, aliasque utiliores materias paulo uberius explicando, ita hactenus lectionum progressum temperavit, ut etiam, qui novitii adveniunt, eas commode frequentare possint. [...], Sommersemester 1697

[...] Privatim Juris Criminali exponendo propediem se accinget. Promtissimam quoque cum caeteris, tum praesertim in disputando offert operam, si qui, instituto certe fructuosissimo, Institutiones succinctis & ad usum praecipue hodiernum adaptatis dissertationibus accuratius excutere, magisque sibi reddere familiares volent., Sommersemester 1697

Johannes Werlhofius Politica Justi Lipii publice interpretari perget sedulo; iisque finitis novas, vel Politicas itidem, vel de statu Imperii Germanici, lectiones auspicabitur. [...] Docet hora X., Sommersemester 1697

[...] Privatim H. Grotii de Belli & Pacis jure opus absolvet, neque aliis optimorum juvenum desideriis deerit, paratissimam inprimis, tum Politici argumenti materias, tum speciatim ex Grotianae disciplinae fontibus hauriendas, disputaturis operam parestiturus., Sommersemester 1697

Johannes Werlhofius D. & Prof. Institutionum & Jur. Crim. Ordinar. publice in Institutionibus explicandis gnaviter perget [...]., Wintersemester 1697/1698

[...] nec privata opera aut disputando cupidae Legum juventuti deerit., Wintersemester 1697/1698

Johannes Werlhofius lectionibus in Monzambanum intra paucos menses colophonem imponet; quaeque porro e re studiosae juventutis videbuntur, pro muneris sui ratione curabit sedulo., Wintersemester 1697/1698

Johannes Werlhofius D. Institut. & Jur. Crimin. P.P.Ord. publicis lectionibus Institutiones, [...] absolvet; [...]., Wintersemester 1698/1699

[...] privatis Juris Publicum bono cum Deo absolvet; [...], Wintersemester 1698/1699

[...] neque minus, ut & in caeteris, in quibus operam suam commilitonibus gratam fore intelliget, praeclaris illorum desideriis satisfiat, pro virili curabit sedulo., Wintersemester 1698/1699

Johannes Werlhofius D. Institut. & Jur. Crimin. Prof. Publ. Ordin. publice Institutiones absolvit; nunc Ordinationem Criminalem Caroli V. denuo interpretabitur. [...], Sommersemester 1701

[...] Privatim Pandectas, ad ductum Compendii Lauterbachiani, explicare nuper admodum exorsus est, ita ut omnibus post festum Paschatis demum adventuris, si qua illos Pandectas audiendi cupiditas tenet, re adhuc integra accedere lectionibus hisce liceat, omni dehinc sedulitate continuandis. [...], Sommersemester 1701

[...] In Publico quoque Jure, quamprimum in Grotii de Jure Belli & Pacis Opus praelectiones ad finem perductae, desideria Commilitonum explere haud pigrabitur, promtam non disputando minus, quam docendo operam cupidis promittens., Sommersemester 1701

Iohannes Werlhofius D. Inftitut. & Jur. Crim. Prof.Ord. publice Institutiones, privatim Jus Publicum exponere incipiet; [...], Wintersemester 1701/1702

[...] Pandectas, quarum XVII libros, uti publicis nuper praelectionibus Jus Criminale, absolvit, solita diligentia interpretari perget, [...], Wintersemester 1701/1702

[...] nec in aliis opera sua requirentibus eam Commilitonibus defutura., Wintersemester 1701/1702

Johannes Werlhofius D. Prof. Instit. & Jur. Crimin. Ord. quae in tertio & ultimo Institutionum libris restant, intra paucos menses absolvet. [...], Sommersemester 1702

[...] Privatim, Pandectas hactenus, & Jus Publicum interpretatus, novas pro re nata praelectiones tempori & commilitonum desideriis, commodisque attemperabit., Sommersemester 1702

Johannes Werlhofius D. Processum forensem secundum Strikianam introductionem publice exponet; [...], Wintersemester 1704/1705

[...] privatim, quae in Pandectis reliqua sunt, absolvet, promtamque legum cupidae juventuti operam universe, qua docendo, qua disputando, accommodabit lubens., Wintersemester 1704/1705

Johannes Werlhofius D. Pandectas, quarum libros jam XXVI. absolvit, publice interpretari perget [...]., Sommersemester 1707

[...] privatim auditorium se desideriis, qua Privatum Jus, qua publicum, attemperabit, tamque disputando, quam docendo, promtam cupidis praebebit operam., Sommersemester 1707

Johannes Werlhofivs D. publice libr. IIX. Codicis & sequentes exponet, privatim, aliis absolutis, in explicanda Jurisprudentia forensi Struviana, aliisve, commilitonibus operam suam desiderantibus accomodabit., Wintersemester 1710/1711

Johannes Werlhofius publice, ut codicem absolvat, navabit operam [...]., Sommersemester 1711

[...] privatim Grotium &, quae coepit, reliqua gnaviter prosequetur, etiam nova, prout tempus & occasio se dabunt, auditorum commodis ac desideriis aptaturus., Sommersemester 1711

## Dissertationen (28)

Vindiciae Grotiani Dogmatis De Praescriptione Inter Gentes Liberas Contra Illustrem Scriptorem Gallicum Petrum Puteanum, 1696. VD17 1:002763R

Notitiae S.R. Imperii Enucleatae Et In Succinctas Theses Memoriales Digestae Specimen Primum, 17.04.1695. VD17 1:018279V

De Alienatione Et Concessione Iurium Quae Vocari Solent Regalia Disputatio, 01.07.1693. VD17 23:234881S

De Usu Iuris Romani Aliorumque Privatorum Iurium In Decidendis Controversiis Liberarum Gentium Exercitatio Academica, 31.07.1692. VD17 23:234516T

De Pactis Liberarum Gentium Dissertatio, 31.07.1691. VD17 23:234862M

De Electione Et Successione In Regnis Exercitatio Academica, 31.05.1687. VD17 23:234847M

Notitiae S.R. Imperii Enucleatae Et In Succinctas Theses Memoriales Digestae Specimen Secundum, 30.06.1695

De Potestate Legislatoris Civilis Circa Ea Quae Sunt Iuris Naturae Disputatio, 27.02.1692. VD17 23:234877F

De Genuinis Fontibus Recte Decidendi Controversias Publicas Et Illustres Dissertatio, 30.09.1688. VD17 23:234853N

De electione et successione in regnis, 31.05.1687. VD17 23:234847M

De genuinis fontibus recte decidendi controversias publicas et illustres, 30.09.1688. VD17 23:234853N

De pactis liberarum gentium, 31.07.1691. VD17 23:234862M

De potestate legislatoris civilis circa ea quae sunt juris naturae, 27.02.1692. VD17 23:234877F

De usu juris Romani aliorumque privatorum jurium in decidendis controversiis liberarum gentium, 31.07.1692. VD17 23:234516T

De alienatione et concessione jurium quae vocari solent regalia, 01.07.1693. VD17 23:234881S

Notitiae Sacri Romani Imperii enucleatae et in succinctas theses memoriales digestae specimen 1, 17.04.1695. VD17 1:019210S

Notitiae Sacri Romani Imperii ... specimen 2, 30.06.1695. VD17 1:018279V

Vindiciae Grotiani dogmatis de praescriptione inter gentes liberas contra Petrum Puteanum, 1696. VD17 1:002763R

De examine testium extraordinario cumprimis ad instruendam probationem futuram vulgo zum ewigen Gedächtniß, 23.06.1705

De jure Germanis patrio universe tali, 01.07.1705

De jure Germanis patrio universe tali, 28.09.1705

Juris publici enucleati cap. 1-2, 18.09.1706

De instrumento assecurationis vulgo polizza, 23.09.1707

De jure Germanis patrio particulatim tali, 30.09.1707

Ad 1. fin. C. de novat., 21.03.1709

De judicio Admiralitatis Hamburgensis, 27.06.1709

De jure et privilegio collectarum in concursibus creditorum in foro inprimis Electorali Saxonico,

23.07.1709

De condemnatione voluntaria, 26.09.1709

## Beteiligung an Dissertationen (17)

Respondent in: Conring Hermann (Präses): De Maritimis Commerciis Dissertatio Politica, 27.03.1680. VD17 23:237531F

Gratulant in: Justus Christoph Böhmer (Präses): Ideam Eloqventiae Sacrae Academica Dissertatione, 03.11.1708

Respondent in: Hermann Conring (Präses): De maritimis commerciis, 27.03.1680. VD17 23:237531F

Respondent in: De civilium studiorum sobria et ad genium saeculi accomodata cultura, 22.07.1686. VD17 23:234149P

Respondent in: Publicis politicarum lectionibus auspiciis praemissum, 01.08.1686. VD17 23:258538V

Respondent in: De arctissimo jurisprudentiae et civilium studiorum nexu, 19.11.1696. VD17 23:254630X

Respondent in: De juribus quibus in Germania utimur publicarum in Inst. praelectionum auspiciis praemissum, 01.12.1696. VD17 23:258512M

Respondent in: progr. dispp. publicis Grotianis praemissum, 08.06.1700. VD17 23:252525Q

Respondent in: Disp. juris publici ad Lampadium praemissum, 05.06.1701

Respondent in: De libertate academica, 20.07.1702

Respondent in: progr. quo can. 35 synodi Laodicensis illustratur, 29.09.1702

Respondent in: De nobilioribus actionibus realibus, 11.09.1707

Respondent in: De vero solidae doctrinae pretio, 27.09.1707

Respondent in: Publicarum in Cod. Justiniani praelectionum auspiciis praemissum, 25.03.1708

Respondent in: Augustin (von) Leyser (Präses): De jurisprudentia et Jurisconsulto, 22.07.1713

Respondent in: Augustin (von) Leyser (Präses): De consuetudine, 16.09.1713

Respondent in: Augustin (von) Leyser (Präses): De adoptione, 03.02.1714

## Reden und Programme (6)

Johann Werlhof: De Civilium Studiorum Sobria Et Ad Genium Seculi Accommodata Cultura Oratio, 22.07.1686. VD17 23:234149P

Johann Werlhof: Programma Publicis Politicarum Lectionum Auspiciis Praemissum, 01.08.1686. VD17 23:258538V

Johann Werlhof: Programma In Funere Eximii Iuvenis Christiani Augusti Teussii, Philosophiae ac Iuris Studiosi, 01.12.1686. VD17 23:255461T

Johann Werlhof: Programma In Funere Viri Perquam Reverendi, ... Dni. Sylvestri Beckeri ..., 22.02.1691. VD17 23:262190D

Johann Werlhof: Programma In Funere Viri Perquam Reverendi & Doctissimi Dni, M. Henningi Kochii, ..., 03.05.1691. VD17 23:262196Z

Johann Werlhof: Programma In Obitum Nobilissimae Indolis Ac Spei Iuvenis Alberti Ulrici Ickenii, Philosophiae Ac Iuris Studiosi, 13.05.1694. VD17 23:262240B

## Beteiligung an Reden und Programmen (1)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma Memoriae Ivreconsvlti Illvstris Ioannis VVerlhofii Serenissimi Dvcis Brvnsvicensivm Ac Lvnebvrgensivm Consiliarii Avlici Antecessoris Primarii Et Ordinis Ivridici Senioris, 10.05.1711

## Rechenschaftsberichte

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 14.01.1701–17.03.1701 |
| Text | Anno 1701 / Mense Ianuario / Finitis feriis ad lectiones publicas reversus. / Die 14 ♀ [et] Die 17 ☽ {} De emtione, venditione. / Die 18 ♂ De locatione, conductione. / Die 20 ♃ De societate. / Die 21 ♀ De mandato. / Die 24 ☽ De quasi contractibus disserui. / Die 25 ♂ Disputatio inauguralis Medica habebatur. / Die 27 ♃ Prorectoris mutatio lectionibus obstitit. / Die 28 ♀ Quibus modis obligatio tollatur, expositum. / Die 31 ☽ Generalia quae dari de delictis praemisi, postea que de furto agere coepi. / Mense Februario / Die 1 ♂ Materiam de furtis absolvi; simulque de rapina egi. / Die 3 ♃ Impedimento publico docere prohibitus sum. / Die 4 ♀ Dixi de Lege Aquilia. / Finitis dehinc nundinis Brunsvicensibus. / Die 18 ♀ Titulum de iniuriis explicui. / Die 21 ☽ De quasi delictis dictum. / Diebus 22 ♂, 24 ♃, 25 ♀ [et] 28 ☽ {} / Mense Martio / Die 1 ♂ Titulum de actionibus interpretatus sum. / Die 3 ♃ Tituli, quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicebur, et de noxalibus actionibus. / Die 4 ♀ Tituli, si quadrupes et per quas personas agere possumus, cum titulo de satisdationibus expositi. / Mense Martio / Die 1 ♂ Titulum de actionibus interpretatus sum / Die 3 ♃ Tituli, quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicebatur, et de noxalibus actionibus / Die 4 ♀ Tituli, si quadrupes et per quas personas agere possumus, cum titulo de satisdationis expositi / [v] / Die 7 ☽ De perpetuis et temporalibus actionibus, quaeque ad haeredes et in haeredes transeant. / Die 8 ♂ De exceptionibus et replicationibus. / Die 10 ♃ De interdictis. / Die 11 ♀ De poena temere litigantium et officio iudicis actum. / Diebus 14 ☽ [et] 15 ♂ {} Erant nundinae oppidanae. / Die 17 ♃ Titulo de publicis iudiciis explicato, colophonem publicis hisce lectionibus, proxime iam imminentibus feriis imposui. / JWerlhofius. |
| Quelle | 37 Alt 2530 , Fol. 85 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 11.04.1701–30.06.1701 |
| Text | Anno 1701 / Mense Aprili / Finitis feriis paschalibus ad praelectiones nostras in constitutionem criminalem Carolinam denuo publice habendas reversus. / Die 11 ☽ Auditores programmate publico invitavi. / Die 15 ♀ Initium harum feci. / Die 18 ☽ Absolvi constitutionis criminalis prooemium et articulum 1. / Die 19 ♂ Ad articulum 2 de iurisdictione criminali fusius disserui adiecique articulos 3 et 4 / Die 21 ♃ Convivo interfui. / Die 22 ♀ De actuario nec non de voce Uhrgicht ad articulum 5 tum deinde ad articulum 6 de indiciis ad capturam sufficientibus, et quomodo de corpore delicti constare debeat, actum addita etiam interpretatione articulorum 7 et 8. / Die 25 ☽ Articulis 9 et 10 explicatis ad articulum 11 egi de poena carceris, item de libello accusatorio. / Die 26 ♂ Convivio interfui. / Die 28 ♃ Ad articulos 12 et 14 de cautione accusatoris egi tum de procuratore, an et quatenus in causis criminalibus admitti possit, item de appelatione in causis criminalibus, disserui. / Die 29 ♀ Ad 13 et proxime sequentes titulos materiam de cautione accusatoris absolvi, egique dein ad articulum 16 de delictis notoriis pauca denique ad articulum 17 addens. / |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | Mense Maio / Die 2 ☽ Convivo interfui. / Die 3 ♂ Materiam de indiciis delictorum exponere exorsus, ab articulo 18 perrexi ad articulum 21. / Die 5 ♃ Erat dies festus adscensionis domini. / Die 6 ♀ Dominum collegam abeuntem comitabar. / Die 9 ☽ Ad articulum 22 regulam illam nobilem, quod nemo ex praesumtionibus damnandus sit, itemque articulum 23 de probatione indiciorum illustravi progessus dein ad articulos usque 25. / Die 10 ♂ Doctrinam de communibus delictorum indiciis ad articulos 25, 26, 27 tradidi. / Die 12 ♃ Articulum 28 et sequentes explicans de nominatione a socio criminis facta ad articulum 31 paulo plenius disserui, et ad articulum 32 materiam de indiciis communibus dedictorum absolvi. / Finitis dehinc feriis pentecostalibus et habita per dies aliquot valetudinis cura, ad lectiones iterum reversus sum, et / Mense Iunio / Die 2 ♃ De indiciis homicidii et clandestini ad articulum 33 manifesti per rixam commissi ad articulum 34 infanticidii ad articulos 35 et 36 venesfici ad articulum 37 / Die 3 ♀ De indiciis rapinae ad articulos 38 et 39 tum eorum, qui fures ac praedones iuvant ad articulum 40 incendii ad articulum 41 proditionis ad articulum 42 furti ad articulum 43 et magiae ad articulum 44 disserui. / Diebus 6 ☽ [et] Die 7 ♂ {} Materiam de quaestionibus ab articulo 45 ad articulum 60 exposui. / Diebus 9 ♃, 10 ♀ [et] 13 ☽ {} Absoluto articulo 61 de probatione in causis criminalibus agere coepi, tractarique materiam de testibus ab articulo 63 usuque ad articulum 76. / Diebus 14 ♂, 16 ♃ [et] 17 ♀ {} Illustrato articulo 77 porro ad articulos sequentes ab 78 usque ad 103 notabiliora monui, tum deinde articulo 104 paulo diutius immoratus judicis in poenis infligendis officium instruxi. / Die 20 ☽ De poena blasphemiae ad articulum 106 periurii ad articulum 107 violationis urphedae ad articulum 108. / Die 21 ♂ De poena magiae ad articulum 109 dixi. / Die 24 ♀ Erat dies festus Ioannis Baptistae. / Die 27 ☽ De poena famosi libelli ad articulum 110 actum. / Die 28 ♂ Dissertatio inauguralis theologica habebatur. / Die 30 ♃ Doctor creabatur. / Disputavi semet in iure publico. / I. Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 86 |
| Zeitraum | 01.07.1701–12.09.1701 |
| Text | Anno 1701 / Mense Iulio / Egi / Die 4 ☽ De poena } Adulterata moneta ad articulum 111 eorum qui falsa instrumenta etc. conficiunt, ad articulum 112 eorum, qui pondere mensura, vel ad ulteratis mercibus falsum commiserunt, ad articulum 113. / 5 ♂ De poena } Termini moti ad articulum 114 praevaricationis ad articulum 115 sodomiae ad articulum 116 / 7 ♃ [et] 8 ♀ } De poena } Incestus ad articulum 117 raptus ad articulum 118 stupri violenti ad articulum 119 / 11 ☽ [et] 12 ♂ } Erant nundinae oppidanae. / 14 ♃ De poena } Adulterii ad articulum 120 bigamiae ad articulum 121 / 15 ♀ De poena } Lenocinii ad articulum 122 et 123 Proditionis ad articulum 124 Incendii ad articulum 125. / 18 ☽ De poena } Grassatorum ad articulum 126 seditiosorum ad articulum 127 eorum, qui animo alios offendendi e domo sua profugiunt ad articulum 128 dissidationis ad articulum 129 / 19 ♂ De poena } Veneficii ad articulum 130 infanticidii ad articulum 131 expositionis infantum ad articulum 132 / 21 ♃ Vice-Rectoris mutatio erat. / 22 ♀ De poena } Procurati abortus ad articulum 133 medici medicamentis occidentis ad articulum 134 autocheiriae ad articulum 135 feram bestiam noxiam haud removentis ad articulum 136 / 25 ☽ [et] 26 ♂ De poena } Latronum sicariorum et assassinorum ad articulum 137 postea agere coepi de homicidiis inculpatis ad articulos 138 et 139. / 28 ♃ |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | Materiam de moderamine inculpatae tutelae ad articulum 140 / 29 ♀ Usque ad articulum 145 porro persecutus sum. /[v]/ Mense Augusto / Dixi / Die 1 ☽ De homicidiis casu factis ad articulum 146 de lethalitate vulnerum ad articulum 147. / 2 ♂ } De poena eorum qui sibi in rixa ubi homicidium commissum, auxiliati ad articulum 148 de inspectione cadaveris ad articulum 149 / 4 ♃ [et] 5 ♀ } De aliis homicidiorum generibus, in quibus poena cessat ad articulum 150 tum de rei innocentia deducenda ad articulum 151 et sequentes item de salvo conductu ad articulum 156 / 8 ☽ [et] 9 ♂ } De poena furti ad articulum 157 sequentes / 11 ♃ [et] 12 ♀ {} Ob ingentem aestum auditoribus languidis non docui. Finitis dein nundinis Brunsvicensibus auditoribusque reversis / 26 ♀ De sacrilegio ad articulum 161 et sequentes disserui / 29 ☽ De cautione eorum, a quibus damnum metuitur / 30 ♂ Ad articulum 176 de poena eorum, qui ope, consilio maleficios iuvere, ad articulum 177 et de poena conatus ad articulum 178. / Mense Septembri / Diebus 1 ♃ [et] 2 ♀ } Post explicatum articulum 179 et 180 ad articulum 181 et sequentes. Postea articulum 204 de expensis in causis criminalibus et sequentes usque ad articulum 208 exposui. / 5 ☽ [et] 6 ♂ } Erant nundinae oppidanae. / 8 ♃ [et] 9 ♀ } De restituenda re furtiva materiam ad articulum 108 et sequentes explicui. / 12 ☽ Publicas has praelectiones absolvi feriis Michaelis mox imminentibus. / Disputavi bis in iure publico. / J. Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt 2530; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 87; Fol. 17 |
| | |
| Zeitraum | 16.10.1701–20.12.1701 |
| Text | Anno 1701 / Mense Octobris / Institutiones denuo publice expositurus. / Die 16 ☉ Programma auditoribus invitandis proposui. / 18 ♂ [et] 20 ♃ } Prooemium explicans ad iura probe discenda praecognitu necessaria praemisi. / 21 ♀ Titulum de iustitia & iure exposui. / 24 ☽ De iure naturae & gentium, / 25 ♂ De iure civili scripto / 27 ♃ De iure non scripto / 28 ♀ De iure personarum & hodierno quoad servos iure disserui. / 31 ☽ Ad titulum de his, qui sui vel alieni iuris sunt, maxime notabilia annotavi. / Mense Novembris / Die 2 ♂ Titulum de patria potestate interpretatus sum, tituloque de nuptiis materiam de sponsalibus praemisi. / 3 ♃ [et] 4 ♀ } De computatione graduum & prohibitione coniugiorum ob propinquitatem. / 7 ☽ De caeteris prohibitionibus connubiorum, posteaque de altero modo constituendae patriae potestatis, de legitimatione. / 8 ♂ De adoptionibus. / 10 ♃ Quibus modis ius patriae potestatis solvatur, dixi. / 11 ♀ Titulum de tutela exposui, & tutelae testamentariae rationem tradidi. / Hinc finitis & nundinis, & distractione Bibliothecae Calixtinae / 22 ♂ De tutela legitima, / 24 ♃ De tutela dativa / 25 ♀ De auctoritate tutorum, & quibus modis tutela finiatur, / 28 ☽ De curatoribus, & de satisdatione tutorum vel curatorum, / 29 ♂ De eorundem excusationibus actum / [v] / Mense Decembris / Die 1 ♃ De suspectis tutoribus vel curatoribus dixi primumque institutionum librum absolvi. / 2 ♀ De ***aerum divisione. / 5 ☽ De acquirendo rerum dominio, & primum quidem de occupatione / 6 ♂ [et] 8 ♃ } De accessione tam naturali, quam artificiali. / 9 ♀ De traditione disserui, titulique de acquirendo rerum dominio interpretationem ad finem perduxi. / 12 ☽ Divisionem rerum in corporales & incorporales tradidi, posteaque de servitutibus praediorum tam urbanorum, quam rusticorum egi. / 13 ♂ Dixi de servitutibus personalibus. / 15 ♃ Disputatio inauguralis theologica habebatur. / 16 ♀ De usucapionibus. / 19 ☽ |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | De donationibus dictum. / 20 ♂ Quibus alienare liceat vel non, & per quos personas cuique acquiratur, docui. / Sequebantur feriae natalitae. / I. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 88 |
| | |
| Zeitraum | 20.01.1702–31.03.1702 |
| Text | Anno 1702 / Mense Ianuario auditorbus reversis. / Die 20 ♀ De testamentis publicis, principi oblato et judicantium [?] deinde de testamento privato scripto. / 23 ☽ De testamento nuncupativo, item de testamentis privilegatis. / 24 ♂ Separatim de testamento militari. / 26 ♃ De exhaeredatione liberorum, parentum, fratrum. / 27 ♀ De haeredum institutione. / 30 ☽ De vulgari. / 31 ♂ De pupillari substitutione disserui, et quibus modis testamenta infirmentur. / Mense Februario / Die 2 ♃ Erat dies festus. / 3 ♀ Propter conventum ordinis nostri iuridici cum theologico docere non potui. / 17 ♀ De inofficioso testamento. / 20 ☽ De haeredum qualitate et differentia. / 21 ♂, 23 ♃, 24 ♀ [et] 27 ☽ } De legatis. / 28 ♂ De ademtione legatorum et lege falcitia dictum. / Mense Martio / Die 2 ♃ De fidei commissariis haereditatibus. / 3 ♀ De fidei comissis particularibus, et de codicillis. / 6 ☽ De successione ab intestato adscendentium et collateralium. / 9 ♃ De successione coniugum et fisci, item de bonorum possessione. / 10 ♀ De obligationibus egi. / [v] / Mense Martio / Die 13 ☽ Generalia de contractibus materiae principia et fundamenta praemisi. / 14 ♂ Propter hospitem docere non potui. / 16 ♃ De mutuo et commodato. / 17 ♀ De deposito et pignore, item de verborum obligationibus disserui. / 20 ☽ Turbida tempora lectionibus impedimentum peperere. / 21 ♂ De duobus reis stipulandi et promittendi titulum cum duobus sequentibus absolvi. / 23 ♃ [et] 24 ♀ } De inutilibus stipulationibus. / 27 ☽ De fideiussione. / 28 ♂ De literarum obligationibus egi. / 30 ♃ [et] 31 ♀ } Propter raucedinem non docui. / Privatis lectionibus ius publicum et pandectas absolvi / J. Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 100 |
| | |
| Zeitraum | 03.04.1702–30.06.1702 |
| Text | ANNO 1702 / Mense Aprili / Diebus 3 ☽ [et] 4 ♂ } Erant nundinae oppidanae. / 6 ♃ De emtione, venditione. / 7 ♀ De locatione, conductione egi. Finitis feriis Paschalibus. / 28 ♀ De societate. / Mense Maio / Dies 1 ☽ De mandato. / 2 ♂ [et] 4 ♃ } De obligationibus ex quasi contractu disserui. / 5 ♀ Quibus modis obligatio tollatur, dicere coepi. / 8 ☽, 9 ♂ [et] 11 ♃ } Propter valetudinem lectiones differre coactus sum. / 12 ♀ Materiam de contractibus absolvi. / 15 ☽ Materiam delictorum exorsus, generalia quaedam initio principia praemisi. / 16 ♂, 18 ♃, 19 ♀ [et] 22 ☽ } De furtis. / 23 ♂ De vi bonorum raptorum egi. / 25 ♃ Propter festum adscensionis Domini. / 26 ♀ Propter consistorium docere non potui. / 29 ☽ De lege Aquilia. / 30 ♂ De iniuriis. / Mense Iunio / Die 1 ♃ De quasi delictis actum. Finitis deinde feriis pentecostalibus materiam de actionibus auspicatus. / [v] / Mense Iunio / Die 16 ♀ Actionis definitionem et divisionem exposui. / 19 ☽ De rei vindicatione, item actione confessoria et negatoria. / 20 ♂ De actione publicana et de rescissoria. / 22 ♃ De actione pauliana, serviana et quasi serviana. / 23 ♀ De constitutae precuniae, item de peculio actione. / 26 ☽ De actione ex iureiurando, item de actionibus praetoriis poenalibus, actionibus praeiudicalibus, et divisione actionum in rei |

| | |
|---|---|
| | persecutarias, paenales et mixtas. / 27 ♂ De actionibus ratione causae officientis mixtis, de actionibus in simplum, duplum, triplum, quadruplum et de nobili actionum divisione in bonae fidei et stricti iuris. / 29 ♃ De actionibus arbitrariis, item de compensatione, nec non de formando libello dixi. / 30 ♀ Consistorio interfui. / I. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 101 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.07.1702–13.07.1702 |
| Text | ANNO 1702 / Mense Iulio / Die 3 ☽ Titulum de actionibus absolvi. / 4 ♂ De exercitoria, institoria, caeterisque actionibus titulo, quod cum eo, qui in aliena potestate est propositis, et de Senatus Consultu Macedoniano. / 6 ♃ De actionibus noxialibus, et quadrupedariis, item de his, per quos agere possumus, disserui. / 7 ♀ Consistorium. / 10 ☽ [et] 11 ♂ } Nundinae lectionibus impedimenta creavere. / 13 ♃ De satisdationibus egi. / Et insecuti dein partim nox [?] obeundi, partim post paucos dies, XX Iulii suscepti magistratus Academici labores fere concatenati neque consueta alias diligentia postremorum titulorum interpretationem sine interruptione statis diebus prosequi, neque nova cum auditorum fructu auspicari permisere. / Iohannes Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 102 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.09.1702–30.11.1702 |
| Text | ANNO 1702 / Mensibus OCTOBRI, NOVEMBRI, DECEMBRI / Propter continua magistratus Academici impedimenta novas lectiones auspicari non licuit. / I. Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1 nicht wortwörtlich, Fol. 103; keine Folierung |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.12.1702–29.03.1703 |
| Text | ANNO 1703 / Mense Ianuario / Pro-Rectoris munere & laboribus defunctus, cum Mense Februario  Ac deinceps, ad novas lectiones me praepararem, / Mense Martio / Die 18 ☉ Publicato programmate Ius Canonicum me publice traditurum significavi. / 22 ♃ Initium lectionum feci,  & de Iuris Canonici, Veteris, Novique indole, ortu, progressu, discrimine & fructu, tum hoc, tum sequenti die. / 23 ♀ Disserui. / 26 ☽ [et] 27 ♀ } Erant nundinae oppidanae. / 29 ♄ Eandem, quam dixi, materiam amplius prosecutus, abeuntibus circa iam instantes ferias auditorum non paucis, generaliori illi praeloquio colophonem imposui. / Ioannes Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 108 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.03.1703–29.06.1703 |
| Text | ANNO 1703 / Cum / Mense Aprili / Increscente post festum paschatos civium studiosorum numero, novis me interea lectionibus praeparabam. / Mense Maio / Die 6 ☉ Ad audiendas Institutiones Iuris Canonici ad Ecclesiae veteris et hodiernae statum a Johann Schiltero accommodatas, iuventutem Academicam invitavi. / 10 ♃, 11 ♀ [et] 14 ☽ } Ad ductum praefationis Schilterianae egregios Iurisprudentiae Canonicae fructus, usumque tam apud Romano-Catholicos, quam protestantes, remotis, quae moreri solent, dubitationibus differentiam item inter Ius Canonicum et Pontificium Romanorum et pro vario Ecclesiae |

|  |  |
|---|---|
|  | Christianae statu variae Legilationis Ecclesiasticae, petita ex ipsis fontibus fundamenta explicui. / 15 ♂ De natura Iurisprudentiae sacrae agere exorsus sum. / 17 ♃ Erat dies festus adscensionis Domini. / 18 ♀ Reipublicae et Ecclesiae, Imperii et sacerdotii diversos fines, et in quantum Ecclesia publicae rei pars sit, tum qui Theologiam et Iuris prudentiam Ecclesiasticam distinguant limites, excussi. / 21 ☽ Consistorio interfui. / 22 ♂ Fontes Iuris Ecclesiastici, Ius divinum, humanumque, commonstrare coepi. / 24 ♃ De obligatione eorum, quae ab Apostolis tradita, tum dein de Canonibus, item Constitutionibus Apostolicis, quae vulgo audiuntur, disserui. / 25 ♀ De Codice canonum Ecclesiae universae actum. / [v] / Post ferias Pentecostales / Mense Iunio / Die 8 ♀ De canonibus ab Ecclesia orientali receptis, tum de omni vetustioris Ecclesiae occidentalis Iure Canonico disserui. / 11 ☽ De pseudo-Isidoro, Iurisque in occidente Ecclesiastici corruptelis. / 12 ♂ De Iure pontificio, eiusque partibus et fatis dixi. / 14 ♃ De Ecclesiae fundamento, ortu et indole. / 15 ♀ De illis in Catholicam et haereticam, ac Schismaticam, in orientalem et occidentalem, aliisque distinctionibus. / 18 ☽ De Hierarchiae Ecclesiasticae origine, incrementis, fatisque variis et fundamentis. / 19 ♂ [et] 21 ♃ } De subnascente et invalescente auctoritate Episcopali, metropolitica, primatu Patriarcharum, et supra caeteros Romani Antistitis. / 22 ♀ De Parochiis et titulis, ecclesiis matre et filia, cathedrali et incathedrata, ac collegiata, item de laicis et parochianis. / 25 ☽ De Iure pastorali et de iure Episcopali, de potestate ordinis, lege iurisdictionis et dioecesana tum de potestate Ecclesiae propria, et quatenus ea clericis commissa, dictum. / 26 ♂ Nuptiis interfui. / 28 ♃ [et] 29 ♀ De synodis usque oecumenicis rationalibus, provincialibus, privatis, convocandi illas iure, adsessoribus, aliisque hanc materiam illustrantibus egi. / J. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 109 |

|  |  |
|---|---|
| Zeitraum | 02.07.1703–18.09.1703 |
| Text | ANNO 1703 / Mense Iulio / Die 2 ☽ Erat dies festus. / 3 ♂ [et] 4 ♃ } De iudiciis ecclesiasticis et foro competente. / 6 ♀ De visitatione Ecclesiastica disserui. / 9 ☽ [et] 10 ♂ } Nundinae erant oppidanae. / 12 ♃, 13 ♀, 16 ☽ [et] 17 ♂ } De Episcopis et clericis actum. / 19 ♃ Prorectoris mutatio lectionibus obstitit. / 20 ♀ [et] 23 ☽ } De presbyteris et diaconis. / 24 ♂ [et] 26 ♃ } De clericis minorum ordinum. / 27 ♀ [et] 30 ☽ } De Abbatibus et monachis. / 31 ♂ De sacris ordinibus equestribus dixi. / Mense Augusto / Die 2 ♃ De Scholis et universitatibus. / 3 ♀, 6 ☽ [et] 7 ♂ } De iure patronatus. / 9 ♃ De ordinatione. / 10 ♀ De confirmatione et investitura, actum. / Finitis nundinis Brunsvicensibus, et, qui eo abierant, auditoribus reversis, ad lectiones regressus. / [v] / Mense Augusto / Diebus 28 ♂ [et] 30 ♃ } Personarum ecclesiasticarum officium et qualitates consideravi. / 31 ♀ Propter Consistorium docere non potui. / Mense Septembri / Diebus 3 ☽ [et] 4 ♂ } Erant nundinae oppidanae. / 6 ♃, 7 ♀, 10 ☽ [et] 11 ♂ } De privilegiis et immunitatibus clericorum disserui. / 13 ♃ Convivio Comitis de Freydag ex Academia nostra abeuntis interfui. / 14 ♀ [et] 17 ☽ } De excessibus et poenis Clericorum. / 18 ♂ De iure Laicorum sive paroechorum dixi, et instantibus tam Canditatorum examinibus, quam feriis / Michaelis, materiam de iure personarum ecclesiasticam societatem constituentium absolvi. / J. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 110 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 09.10.1703–14.12.1703 |
| Text | ANNO 1703 / Mense Octobri / Die 9 ♂ Auditoribus invitatis. / 12 ♀ Materiam rerum Ecclesiasticarum explicare exorsus, de liturgia agere coepi. / 15 ☽ Dies festus erat Academiae Iuliae. / 16 ♂ Consistorio interfui. / 18 ♃ [et] 19 ♀ } Quae de liturgia dicenda supererant, absolvi. / 22 ☽ [et] 23 ♂ } De Sanctissimo Baptismate / 25 ♃ [et] 26 ♀ } De Sanctissima Eucharistia. / 29 ☽ [et] 30 ♂ } De poenitentia et absolutione dictum. / Mense Novembri / Die 1 ♃ De excommunicatione. / 2 ♀, 5 ☽ [et] 6 ♂ De Sanctissimis Ecclesiis et bonis Ecclesiasticis. / 8 ♃ [et] 9 ♀ } De iure templorum egi. / 12 ☽ [et] 13 ♂ } Erant nundinae oppidanae. / 15 ♃ De aedibus et rebus ecclesiasticorum. / 16 ♀ De elemosynis notabiliora tradidi. / 19 ☽ [et] 20 ♂ } Valetudini, ut lectiones differrem, datum. / 22 ♃, 23 ♀, 26 ☽, 27 ♂, 29 ♃ [et] 30 ♀ } Materiam de sponsalibus exposui. / [v] / Mense Decembri / Diebus 3 ☽, 4 ♂ [et] 6 ♃ } De nuptiis. / 7♀ [et] 10 ☽ } De divortiis. / 11 ♂ De concubinatu disserui. / 13 ♃ [et] 14 ♀ De sepulturis egi, et immentibus mox feriis Nativitatis Christi, finem publicis hisce lectionibus imposui. / Privatim Iurisprudentiam Struvii forensem absolvi. / Ioannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 111 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 21.01.1704–06.03.1704 |
| Text | Anno 1704 / Mense Ianuario / Finitis feriis celebratisque templi Academici encaeniis. / Die 21 ☽ Programma expositioni differentiarum iuris civilis et canonici praemisi. / 25 ♀ A generalioribus exorsus. / } 28 ☽, 29 ♂ [et] 31 ♃ Circa personas, earumque iura, utriusque Iuris discrimina tradidi. / Mense Februario / Die 1 ♀ De rebus, earumque divisionibus notabilia subiunxi. / } 14 ♃ [et] 15 ♀ Post Brunsvicenses deinde Nundinas, ad materiam de iudiciis transiens, primo quoad praeliminaria, competentiam magistratus, citationem, actionis editionem, impedimenta litis ingressui obstantia, differentias explicui. / } 18 ☽, 19 ♂, 21 ♃, 22 ♀, 25 ☽, 26 ♂, 28 ♃ [et] 29 ♀ Quoad eas quae in ipso fiunt iudicio, notabiliora discrimina exposui. / Mense Martio / Die 3 ☽ Quid in criminalibus iudiciis diversum, tradidi. / 4 ♂ De differentiis in materia appellationis actum. / 6 ♃ Quae circa causas publicas discrepantiae, adieci, et imminentibus mox post oppidanas nundinas hebdomadis sacrae feriis finem lectionibus his imposui. / I. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 98 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 20.04.1704–30.06.1704 |
| Text | Anno 1704 / Mense Aprili / Posteaquam novis me praelectionibus praeparavi. / Die 20 ☉ Programma publicum, auditoribus invitandis, proposui. / 25 ♀ Generalia praefatus. / 28 ☽ De origine feudorum. / 29 ♂ De origine iuris feudalis egi. / Mense Maio / Die 1 ♃ Erat dies adscensionis Domini. / 2 ♀ De auctoriate Iuris Feudalis dixi. / 5 ☽ Definitionem ac differentiam Feudi&Allodis. / 6 ♂ Varia bonorum genera feudalibus affinia exposui. / } 8 ♃ [et] 9 ♀ Divisiones feudi in proprium&improprium, novum&antiquum, ligium&non ligium tradidi. / 23 ♀ Post ferias deinde Pentecostales, de divisionibus feudi in masculinum&foemininum, Ecclesiasticum&seculare, Regale&non Regale, nobile&Plebeium egi. / 26 ☽ Divisionem feudi in ex pacto&providentia, |

| | |
|---|---|
| | haereditarium&mixtum excussi. / 27 ♂ Consistorio interfui. / 29 ♃ Quae de superiori divisione dicenda supererant, absolvi, addidique nonnulla de feudo in curte&extra curtem, puro&exspectativo, quaternato&plano. / 30 ♀ De feudo acquisito&oblato, Franco&non franco, feudo solis, feudis conditiceatis [?], habitationis, burgensi, gastaldia, gardia, advocatia, cancellaria, aulicis, de laudemiali, censitico, aliisque, feudo pignorabili, de Camera, de Cavena&Soldata summatim dictum. / [v] / Mense Iunio / Die 2 ☽ De personis, quae feudum dare possint. / 3 ♂ De personis, quae feudum accipere possint, item de tutela feudali actum. / 5 ♃ Quae in feudum dari possint, exposui. / 6 ♀ Propter valetudinem lectiones distuli. / } 9 ☽ [et] 10 ♂ De acquisitione feudi in genere&investitura disserui. / } 12 ♃ [et] 13 ♀ Libri publice distrahebantur. / 16 ☽ De expectativa, item de investitura simulatanea. / 17 ♂ De fidelitate vasalli&de homagio dixi. / } 19 ♃ [et] 20 ♀ De obligatione vasalli pluribus actum. / 23 ☽ De hostenditiis&adhoa disserui. / 24 ♂ Erat festum Ioannis Baptistae. / 26 ♃ Exsequia Praepositi Sancti Ludgeri habebantur. / 27 ♀ Materiam de adhoha&servitiis uberius persecutus sum. / 30 ☽ Eandem absolvi. / I. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2533; 37 Alt 211Heft 2, Fol. 99; Fol. 53 |
| Zeitraum | 03.07.1704–08.09.1704 |
| Text | Anno 1704 / Mense Iulio / Die 3 ♃ De alienatione feudi / 4 ♀ De subinfeudatione disserui. / } 7 ☽ [et] 8 ♂ Erant nundinae oppidanae. / 10 ♃ De iuribus domini. / 11 ♀ De praescriptionibus. / } 14 ☽ [et] 15 ♂ De successione testamentaria actum. / 17 ♃ Prorectoris mutatio facta. / } 18 ♀, 21 ☽, 22 ♂, 24 ♃, 25 ♀, 28 ☽ [et] 29 ♂ De successione ab intestato, aliasque huic affines materias pertractavi. / Mense Augusto / } Diebus 31 ♃, 1 ♀, 4 ☽, 5 ♂ [et] 7 ♃ Modos finiendi feudi exposui. / Post Brunsvicenses deinde nundinas, auditoribus reversis,&, qui vehemens fuit, aestu paululum remittente. / Die 28 ♃ De fructibus, accessionibus&impensis feudorum. / 29 ♀ De debitis feudalibus dixi. / Mense Septembri / } Diebus 1 ☽ [et] 2 ♂ Erant nundinae oppidanae. / 4♃ De actionibus. / 5 ♀ De iudiciis feudalibus disserui. / 8 ☽ De processu feudali aliqua addidi finemque appropinquante iam Michaelis festo, lectionibus his imposui. / Privatis vero lectionibus ius Publicum absolvi. / I. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 100 |
| Zeitraum | 20.10.1704–16.12.1704 |
| Text | ANNO 1704 / Mense Octobri / Quam primum bibliopola ex Lipsiensibus nundinis Strinianae, ad cuius ductum publice praxin forensem exponere constitueram, Introductionis exemplaria sufficienti auditoribus copia attulit. / Die 20 ☽ Programmate publico institutum indicavi,&. / 24 ♀ Generaliora praefatus. / 27 ☽ Scriptores de processu forensi optimos recensui&commonstrare coepi. / 28 ♂ De fine iudiciorum, tum de actione commoda eligenda quaedam praemisi. / 29 ♃ De processu generaliora tradidi simulque de stylo Curiae, item de processu caute eligendo disserui. / 31 ♀ De processu criminali, tam accusatorio, quam inquisitorio notabiliora tradidi, itemque divisionem processus in ordinarium&summarium. / Mense Novembri / Die 3 ☽ De processu executivo, item divisione processus in petitorium&possessorium. / 4 ♂ De subdivisione possessorii in |

| | |
|---|---|
| | ordinarium&summarium egi, itemque cur&quando possessorium prae petiterio eligi expediat, docui. / 6 ♃ Magister creabatur. / 7 ♀ De cummulatione petitorii&possessorii, postea de competentia iudicis&fori actum. / 10 ☽ De tentanda initio concordia, de electione arbitri, nec non de responsis prudentum petendis. / } 11 ♂ [et] 12 ♃ De impetratione&officio commissariorum, quodque tam actori quam reo circa comissiones cavendum, dixi. / 14 ♀ De supplicatione pro impetrando processu disserui. / } 17 ☽ [et] 18 ♂ Erant nundinae oppidanae. / [v] / Mense Novembri / Die 20 ♃ De extrahenda citatione ad audientiam, item de impetrandis mandatis, eaque occasione de mandatis cum&sine clausula / 21 ♀ De citatione reali&verbali, edictali&personali, arctatoria&monitoria, simplici&peremtoria actum. / 24 ☽ De citandis omnibus, quorum interest, de citatione etiam actoris, item praesentis, die citatione a iudice in competente,&de citatione subsidiali. / 25 ♂ De forma, termino, insinuatione citationis, eiusque probatione, item de appellatione a citatione dixi. / 27 ♃ De remediis reo competentibus, inprimis ex L. Si contendat&ex L. Diffamari / 28 ♀ De contumaciae accusatione disserui. / Mense Decembri / Die 1 ☽ De libello. / 2 ♂ De clausulis libellorum. / 4 ♃ De dilationibus&feriis. / } 5 ♀, 8 ♀, 9 ♂ [et] 11 ♃ De exceptionibus dilatoris. / 12 ♀ De mandato. / 15 ☽ De cautione in iudicio praestanda. / 16 ♂ De iuramento calumniae dixi, iamque ob appropinquantes ferias auditoribus ad tempus dicessum parantibus lectiones stiti. / Privatim Pandectas absolvi / I. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 101 |
| | |
| Zeitraum | 31.12.1704–28.02.1705 |
| Text | Anno 1705 Mense Ianuario finitis feriis auditoribusque hinc inde reversis, publice die 22. ♄ de lite in alium transferenda, [die] 23.♀ de reconventione, item de litis contestatione disserui. / [die] 26. ☽ propter Consistorium docere non potui. / [die] 27. ♂ De exceptionibus peremtoriis, / [}] [die] 29.♄ [et die] 30.♀ de probationibus dictum / Mense Februario / dies 2 ☽ erat dies festus, / 3.♂ de positionibus egi, / } [diebus] 5.♄ [et] 6.♀ Catarrhus me docere prohibuit. Finitis, qua sequenti hebdomade, incidebant, Brunsvicensibus Nundinis. / } diebus 19.♄ [,] 20.♀[et] 23☽ de probatione per testes, / [die] 24.♂ de probatione per instrumenta notatu inprimis digna tradidi. / Dies 26.♄ Nuptiis Domini Collegae interfui. / [die] 27.♀ Materiam de probatione per instrumenta absolvi, / Mense Martio / } diebus 2. [et] ☽.3.♂ De probatione per iuramentum dixi / [die] 5.♄ de conclusione in causa actum. / [die] 6.♀ de transmissione actorum / [die] 9. ☽. de relatione tractavi / [v] / } Diebus 10.♂ [et] 12.♄ De sententia / } [diebus] 13.♀.[,] 16. ☽. [,]17.♂.[,]19.♄.[et] 20.♀. de remediis contra sententiam / [die] 23. ☽. de executione sententiae disserui. / [die] 24.♂. Monita quaedam generalia circa processum prudenter instituendum subjeci / } [diebus] 26.♄. [et] 27.♀. Future iudici pro informatione quae ad dirigendum processum & decidendas causas profutura tradere coepi. / } [diebus] 30. ☽. [et] 31.♂. Nundinae oppidanae fuerunt / Johannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt, Nr.211, Heft 2; 37 Alt, Nr. 2534 , Fol.11; Fol. 83 |
| | |
| Zeitraum | 31.03.1705–31.05.1705 |
| Text | Anno 1705 / Mense Aprili / } Diebus 2.♃ [et] 3.♀ Qua superant in materia de processu forensi, addidi, easque lectiones absolvi / Finitis postea, qua statim |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | sequebantur, feriis, cum alii quantillum novis me lectionibus praeparassem / Mense Maio / Die 11. ☽ ad audiendas praelectiones in Lancellotti Institutiones Iuris Canonici programmate auditores publico invitavi / } diebus 15♀ [et] 18. ☽ 19.♂ Originem usumque Iuris Canonici, et alia auditoribus praeparandis apta, generalia specialioribus praemittendo, tradidi / die 21.♃ erat dies Adscensionis Domini. / die 22.♀ De iure Divino, / die 25. ☽ de Consuetudinibus Ecclesiasticis, / 26.♂ de Constitutionibus Ecclesiasticis, / } diebus 28.♃ [et] 29♀ eaque occasione de Conciliis, earumque statutis, tum de Pontificum quoque decretis egi / Post ferias Pentecostales, reversis, quorum multi aliorsum, feriis & aestivo tempore invitati, diffluxeranti auditoribus, / Mense Iunio / die 19.♀ Discrimen inter Clericos & Laicos excussi, / die 22. ☽ De Patriarchis, de Archiepiscopis, de Episcopis, / } diebus 23.♂ [et] 25.♃ De Pontifice Romano [/}] / [}] Diebus 26.♀ 29. ☽ 30.♂ De electione disserui / Disputavi publice de Examine testium extraordinario professor Johannes Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt, Nr.2534, fol.84 |
| | |
| Zeitraum | 30.06.1705–31.08.1705 |
| Text | Anno 1705 / Mense Iulio / die 2 ♃ erat dies festus / [die] 3.♀ Materiam de electione continuavi. / [}] [diebus] 6. ☽ [et] 7.♂ Erant Nundinae oppidanae [/}] / [die] 9.♃ de confirmatione electionis, / [die] 10.♀ de consecratione & de pallio / [}] [diebus] 13. ☽[et] 14.♂ de vita & honestate Praelatorum [/}] / [die] 16.♃. de officio Archidiaconi & Archipresbyteri, / [die] 17.♀. de Coadiutore, de Chorepiscopis & de translatione, / [}] [diebus] 20. ☽.[et] 21.♂ de renunciatione, & de depositione seu degradatione, [/}] / [}] [diebus] 23.♃[et] .24.♀ de sacerdotibus in inferiori gradu & de his, qui in sacris constituti, / [}] [diebus] 27. ☽ [et] 28.♂ De ordinibus minoribus, & iis, quae majoribus juxta ac minoribus communia, disserui.[/}] / [die] 30♃ Prorectoris mutatio erat. / [die] 31♀ Qui promoveri non possint, exposui. / Mense Augusto [}] diebus 3 ☽.[,] 4.♂[et] 6.♃. eiusdem materiae expositionem continuavi. / [}] [diebus] 7.♀.[,] 10. ☽.[et] 11.♂ [}] de collationibus dixi. / Dilapsis dehinc ad Brunsvicenses nundinas auditoribus, postea quam reversis / [v] Mense Septembri / [}] diebus 1 ♂ [et].3.♃. quae de collationibus dicenda supererant, absolvi.[/}] / [die] 4.♀. De institutionibus & jure Patronatus, dictum / [}] [diebus] 7. ☽.[et] 8.♂ erant nundinae oppidanae. [/}] / [}]10.♃ [et] 11.♀ De iure Patronatus reliqua absolvi.[/}] / [Die]14. ☽. Egi de Clericis non residentibus. / [Die]15.♂ de Regularibus ac monachis. / [}] [diebus] 17.♃.[,]18.♀.[et] 21. ☽. Libri publice distrahebantur. [/}] / [die] 22.♂ Materiam de monachis ad finem perduxi. / [die] 24.♃. Rerum divisionem tradidi, & generatim de Sacramentis specialiter autem de Baptismo egi. / [die] 25.♀ de confirmatione & de poenitentia actum. / Disputavi bis de Iure Germanis Patrio universe tali. Johannes Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt, Nr.211, Heft 2; 37 Alt, Nr. 2534 , Fol.29; Fol.85 |
| | |
| Zeitraum | 30.09.1705–30.11.1705 |
| Text | Anno 1705 / Mense Octobri / Post ferias Michaelis. / die 13.♂ de Eucharistia, item de extrema unctione, tum de sacro ordine disserui. / die 15.♃ erat natalis dies Academiae. / die 16.♀ De sponsalibus. / } diebus 19. ☽ , 20.♂ , 22.♃ [et] 23.♀ de matrimonio actum / [die] 26. ☽ De rebus sacris, sanctis & religiosis materiam auspicatus, egi de consecrandis & reparandis Ecclesiis & altaribus. / |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | [die] 27.♂ De unionibus, item de immunitate Ecclesiarum & subiectione dictum. / [die] 29 ♃ De censibus, ex actionibus & procurationibus, tum deinde de capellis monachorum. / [die] 30.♀ de religiosis domibus, item de seputuris disserui. / Mense Novembri / die 2. ☽ De Canonica portione. / [die] 3.♂ de decimis, / [die] 5.♃ de rebus Ecclesiae alienandis vel non / [die] 6.♀ de peculio Clericorum, & relictis ac successionibus eorundem, / [}] diebus 9. ☽ [,]10.♂ [,]12.♃ [et]13.♀ De Procuratoribus dixi [/}] / [}] [diebus] 16. ☽ [et]17.♂ erant nundinae oppidanae. / die 19.♃ De pactis & transactionibus. / [die] 20.♀ De arbitris, postea de in ius vocatione, / [die] 23. ☽ De dolo & contumatia, itemque in possessionem missione / [die] 24.♂ De libelli conceptione & oblatione, / [die] 26.♃ De exceptionibus & reeplicationibus, / [die] 27.♀ De mutuis petitionibus & de restituione spoliatorum, / die 30. ☽ De litis contestatione egi. [v] / Mense Decembri / die 1.♂ De iuramente calumniae & ut lite pendente nihil innovetur, dixi. / } [diebus] 3.♃, 4.♀, 7. ☽, 8.♂, 10.♃ , 11.♀ [et] 14. ☽ Materiam de probationibus tradidi / [die] 15.♂ De sententibus & re iudicata, / [die] 17.♃ De executione rei iudicatae. / [die] 18.♀ De appellationibus. / [die] 21. ☽ De restitutione in integrum disserui, & imminente iam festo Nativitatis Christi lectiones stiti. / Privatim in forensem Iurisprudentiam Struvii lectiones absolvi. / Johannes Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt, Nr.2534, fol.86 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 15.01.1706–01.03.1706 |
| Text | Anno 1706 / Mense Ianuario / Finitis feriis Natalitiis ad lectiones reversus / Die 15♀ de accusastionibus, denunciationibus, inquisitionibus & de purgatione tam vulgari, quam Canonica, / [die]18 ☽ de Simonia, item de haereticis & schismaticis, / [die] 19♂ de apostasia sortilegis maledicis, sacrilegis, furtis, ususris disserui. / [die] 21♃ Prorectoris mulatio erat / Iterque postea Hannoveram nomine publice susceptum alquandiu me absentem detinuit. Peractis deinde cum itinere meo, tum, quae auditorum aliquos abstraxerant, Brunsuicensitus nundinis, / Mense Februario / Die 23♂ De adulteriis & aliis coniunctionibus illicitis de crimine falsi & de homicidio / [die] 25♃ de iniuriis & damno dato, tum de censuris ecclesiasticis / [die] 26♀ de sententia ex communicationis / Mense Martio / Die 1 ☽ de Ecclesiastico interdicte & de suspensione dixi finemque publicis hisce lectionibus imposui. Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2535, fol.76 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 29.04.1706–29.06.1706 |
| Text | Anno 1706 / Mense Aprili / Paschalibus feriis finitis, ad novae Professionis, lectionumque auspicia me praeparavi & / Die 29 ♂ programma Publicum publicae Pndectarum interpretationi praemisi. / Mense Maio / Die 4♂ Lectiones exorsus, Iuris quo in foro utimur, Iurisque prudentiae veram indolem, & quis optimus planissimusque iura tractandi modus, utili auditoribus praeloqui ostendi. / die 6♃ Magistri creabantur. / die 7♀ Rom. Iuris apud Germanos usum explicui. / die 10 ☽ Preces pro frugibus fundebantur. / die 11♂ De Rom. iure quae dicenda superant, absolvi, additis etiam quae ad Imperii Recessuum & Germanicarum legum notitiam necessaria iuventuti Iurium sutidoseae noscere frugserum / die 13♃ erat dies adscensionis Domini. / die 14♀ De Iure Canonico & Iure Feudali actum, |

| | |
|---|---|
| | usuique forensi omnia hodierno adaptata. / die 17☽ De Iustitia & iure, itemque de origine Iuris summa rerum capita & ex aliis fontibus fluentes rivuli summatium ostensi. / die 18♂ De Legibus & constitutionibus Principum accuratius actum. / die 20♃ de statu hominum, 21♀ de his, qui sui vel alicui iuris sunt, disserui. / [v] / Post ferias Pentecostales / Mense Iunio / die 8♂ de adoptionibus / die 10♃ de rerum divisione & qualitate, / [}] diebus 11♀ [et] 14☽ de nobiliori iurisdictionis materia plenius & ad moris Germaiae hodiernos accommodate actum [/}] / die 15♂ De citatione / die 17♃ de cautionibus / die 18♀ de feriis / die 21☽ de libello actionis eiusque requisitis / die 22♂ de editione instrumentorum dixi. / die 24♃ festum Ioannis Baptista agebatur. / [}] diebus 25♀ [et] 28☽ de pactis disserui, explicatisque in materia illa ampliter diffusa fundamentis potissimis, ad Germanici fori usuum inprimis scitu necessaria vel utilia subiunxi. / die 29♂ de transactionibus tractationem inchoavi. / Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 211 H. 2, fol.172 |
| | |
| Zeitraum | 01.07.1706–24.09.1706 |
| Text | Anno 1706 / Mense Iulio / Die 1♃ de transactionibus, quae dicenda supererant, absolvi. / [die] 2♀ erat dies festus. / [die] 5☽ de postulando, / [die] 6♂ de his, qui notantur infamia / [}] [diebus] 8♃ [et] 9♀ de procuratoribus egi [/}] / [}] [diebus] 12☽ [et] 13♂ Nundinae oppidanae [}] / [die] 15♃ Prorectoris mutatio lectionibus obstitere / [die] 16♀ de Syndicis dictum / [}] [diebus] 19☽, 20♂, 22♃ [et] 23♀ anatome publice humani cadaveris lectionibus impedimento [/}] / [die] 26☽ de negotia gesta item de calumniatore actum / [die] 27♂ de restitutione in integrum generaliora praemisi / [die] 29♃ Restitutionem ex causa metus & doli, / [die] 30♀ Restitutionem minorum exposui. / Mense Augusto / Die 2☽ de restitutione mnorum reliqua adieci, simulque de capite minutis egi / [die] 3♂ titulum ex quibus causis maiores, nec non sequentem de alienatione iudic. mutand. caus. explicui. / [die] 5♃ de arbitris dictum / [die] 6♀ titulus, nautae, caupones, stabularii, expositus. / [die] 9☽ de iudiciis materiam exorsus / [die] 10♂ de iudice habili et suspecto, / [}] [diebus] 12♃ [et] 13♀ de competentia fori actum, & quae de iudiciis restabant, addita. / Post Brunsvicenses deinde nundinas, posteaque quam auditores ab illis omnes reversi, [die] 31♂ de querela inofficiori tractare coepi./ [v] / Mense Septembri / Die 2♃ titulum illum absolvi. / [}] [diebus] 3♀, 6☽ [et] 7♂de haereditatis petitione actum [/}] / [}] [diebus] 9♃, 10♀,13☽ [et] 14♂ breve iter quoddam me docere non permisit.[/}] / [die] 16♃ de rei vindicatione, [/}] / [die] 17♀ de Publiciana, / [die] 20☽ de actione, si ager vectigalis et de emphytensi / [}] [diebus] 21♂ [et] 23♃ de usufructu / [die] 24♀ de usu & habitatione dictum, caeteraque ad materiam de servitutibus personalibus pertinentia absoluta. / Sequebantur feriae Michaelis / Privatis lectionibus M. Grotii de iure belli & pacis. Opus absolvi. / Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2535, fol.77 |
| | |
| Zeitraum | 12.10.1706–17.12.1706 |
| Text | Anno 1706 / Mense Octobri / Finitis Feriis Michaelis. / [}] diebus 12 ♂ [et] 14♃ Materiam de servitutibus praediorum tractavi. [/}] / die 15♀ Natalis Academiae Iuliae celebratus / [die] 18☽ De actione quadrupedaria et de L. Aquilia, / [die] 19♂ de his, qui effuderint, vel deiicerint, et de noxalibus actionibus, postea de |

| | |
|---|---|
| | actione finium regundorum disserui. / [die] 21♃ Familiae herciscundae / die 22♀ Communi dividundo et ad ex habendum actiones exposui. / [die] 25☽ De interrogationibus in iure faciendis, item de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, nec non de servo corrupto, et de fugitivis titulos explicui. / [die] 26♂ De aleatoribus, item de religiosis et sumtibus funerum egi. / [}] [diebus] 28 ♃ [et] 29♀ De Contractu metui dictum. [/}] / Mense Novembri / [}] diebus 1☽ [et] 2♂ De Contractu Chirographario [/}] / [}] diebus 4♃, 5♀ [et] 8☽ De Iuramentis [/}] / [}] diebus 9♂, 11♃ [et] 12♀ De Condictionibus disserui.[/}] / [v] / Mense Novembri / [}] Diebus 15☽ [et] 16♂ erant nundinae Oppidanae [/}] / die 18♃ de eo, quod certo loco et de pecunia constituta titulos interpretatus sum. / die 19♀ De Commodato / [die] 22☽ De praestatione culopae et casus fortuiti / [die] 23♂ De actione pignoratitia / [die] 25 ♃ De exercitoria actione / [die] 26♀ De L. Rhodia de iactu / [die] 29☽ De actione institoria et tributoria item quod cumeo, qui in aliena, potestate est, ngotium gestum esse dicetur. / [die] 30♂ De SCto Macdoniano disserui. / Mense Decembri / [Die] 2♃ De peculio / [die] 3♀ De in rem verso, et quod iussu, / [die] 6☽ De Scto Velleiano, / [die] 7♂ De Compensationibus / [die] 9♃ De Deposito / [die] 10♀ De Sequestro / [}] [diebus] 13☽ [et] 14♂ De Mandato [/}] / [}] [Diebus] 16♃ [et] 17♀ De Societate dictum / Secutae postea feriae natalitiae/ Privatis Lectionibus ius Publicum absolvi. / Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2535; 37 Alt 211 H.3, fol.78; fol. 37 |
| | |
| Zeitraum | 18.01.1707–31.03.1707 |
| Text | Anno 1707 Mense Ianuario / Die 18♂ Materiam de emtione venditione auspicatus sum / [die] 20♃ erat mutatio Pro-Rectoratus. / } [diebus] 21♀, 24☽ [et] 25♂ Materiae de contrahenda emtionis venditionis tractionem continuavi. / [die] 27♃ de addictione in diem / [die] 28♀ de lege Commissoria / [diebus] 31☽ de haereditate vel actione vendita actum. / Mense Februario / Die 1♂ De lege Anastasiana / [die] 3♃ de rescindenda venditione / [die] 4♀ de periculo et commodo rei venditae disserui. / Finitis de hinc nundinis Brunsvicensibus et Auditoribus ind reversis. / [die] 21☽ De actionibus emti et venditi / } [diebus] 22♂, 24♃ [et] 25♀ de locatione Conductione / 28 ☽ de Contradictibus innominatis egi. / Mense Martio / Die 1♂ Exposui titulum de pignoribus et hypothecis. / [die] 3♃ titulum, in quibus causis pignus tacite contrahatur / [die] 4♀ titulum quae res pignori obligari non posse et qui potioris in pignoris [?] / [die] 7☽ titulum de distractione pignore et quibus modis pignoribus solo. / [die] 8♂ titulum de aedilitate edicti et redhibitoris et quanti minoris / [v] / Mense Martio / Die 10♃ titulum de evictione / [die] 11♀ titulum de usurpatoribus et de nautibus foeniciis / } [diebus] 14 ☽ [et] 15♂ titulum de probatione et praesumptione / } [diebus] 17♃ [et] 18♀ titulum de fide instrumentoris / } [diebus] 21☽ [et] 22♂ Materiam de testibus / die 24♃ Materiam de iuris et facti ignorantia tractavi. / die 25♀ erat dies festus. / die 28☽ de Sponsalibus. / } diebus 29♂ [et] 31♃ die nuptiis actum / Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.2, fol.93; fol.100 |
| | |
| Zeitraum | 01.04.1707–30.06.1707 |
| Text | Anno 1707 Mense Aprili / Die 1♀ de iure dotium / } [diebus] 4☽ [et] 5♂ de pactis dotalibus, et fundo dotali / [die] 7♃ de donationibus inter virum et |

| | |
|---|---|
| | uxorem disserui, itemque de divortiis, et solutione matrimoniis dos quemadmodi petatur, dixi. / [die] 8♀ De impensis in res dotales actum. / } [diebus] 11☽ [et] 12♂ erant nundinae oppidanae. / [die] 14♃ Libri 25 titulos ultimos exposui. / [die] 15♀ Transii ad materiam de tutelis. / Ac finitis deinde feriis hebdomadae sacrae et Paschalibus. / Mense Maio / Die 6♀ de testamentar. tutel. et de confirm. tut. vel curat. [?] / [die] 9☽ de legitim. tutoribus, et de tutor. et curat. dat. item qui tutor. pet. vel ubi pet. / [diebus] 10♂, 12♃ [et] 13♀ de administratione et peric. tutor. it de auctor et consens. tutor. et curator. / [die] 16☽ Quand. ex facto tutor. vel curator. minor ag. vel conven. poss. it. de suspect. tutor. et de excusationibus disserui. / [die] 17♂ Titulum, ubi pupil-educ. vel morar. deb. cum aliquot sequentibus interpretatus sum. / [v] / Mense Maio / Die 19♃ Materiam de tutela et cura absolvi / [die] 20♀ Ad materiam de testamentis progressus. / } [diebus] 23☽, 24♂, 26♃ [et] 27♀ eandem porro tractavi / die 30☽ preces pro frugibus fundebantur / die 31♂ iterum ad materiam testamentariam redii. / Mense Iunio / Die 2♃ erat Dies adscensione Domini / } [diebus] 3♀ [et] 6☽ de iure codicillorum / } [diebus] 7♂, 8♃ [et] 9♀ de legatis egi. / Post finitas ferias Pentecostes et Ioannis Baptistae festum. / Die 27☽ amplius de legatis dictum / [die] 28♂ de lege Falcidia. / [die] 30♃ de Sancto Trebelliano, egi. / Privatis Lectionibus Ius feudale absolutum. / Ioannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.3, fol.94 (verkehrtherum foliert); fol. 52 |
| Zeitraum | 01.07.1707–19.09.1707 |
| Text | Anno 1707 Mense Iulio / Die 1 ♀ Explicatis ultimis Libri 36 titulis ad 37 pandectarum Librum progressus sum. / [die] 4☽ Magistri creabantur. / [die] 5♂ de collatione, item de bonor. possession. egi. / [die] 7♃ Materiam de successionibus ab intestato secundum Novel. 118 exposui. / [die] 8♀ Materiam illam absolvi, simulque & titulum 1 Lib. 39 de nov. oper. nunciat. / } [diebus]11☽ [et] 12♂ erant nundinae oppidanae / [die] 14♃ de damno in fecto, de aqua & ag. pluv. arc nec non de publicanis titulos interpretatus sum. / die 15♀ De donationibus / die 18☽ de mortis causa donationibus egi, paucisque de usu hodierno LIbri 40 annotatis, ad Materiam de acquirendo rerum dominio transii. / [die] 19♂ Hanc materiam absolv. / die 21♃ Prorectoris erat mutatio. / [die] 22♀ de acquirenda vel amittenda possessione. / } [diebus] 25☽ [et] 26♂ de usucapionibus./ die 28♃ de re iudicata & effectu sententiarum & de interlocutionibus. / die 29♀ de confessis disserui. / [v] / Mense Augusto / Die 1☽ de missione ex primo & secundo decreto & de privilegiis creditorum dixi. / [die] 2♂ Eandem materiam consinuavi, simulque de curator. bonor. & de actione Pauliana egi / } [diebus] 4♃, 5♀ [et] 8☽ de interdictis. / } [diebus] 9♂ [et] 11♃ de exceptionibus. / die 12♀ de obligationibus & actionibus dictum / Finitis dein, quae hebdomade proxima habebantur, nundinis Brunsuicensibus atque auditoribus hinc reversis. / Die 25♃ de verbor. obligat. & duobus reis / [die] 26♀ de fideiussoribus / die 29☽ de novationibus / die 30♂ de solution acceptitat. stipulationibusque praetoriis egi. / Mense Septembri / Die 1♃ Agere coepi de privatis delictis. / [die] 2♀ de furtis dictum / } [diebus] 5☽ [et] 6♂ nundinae oppidanae / } [diebus] 8♃ [et] 9♀ publica librorum distratio Electiones impediverunt. / [die] 12☽ Materiam defurto absolvi. / [die] 13♂ examen Candidati habebatur. / [die] 14♃, de rapina, / } [diebus] 16♀ [et] 19☽ de iniuriis dictum & imminentibus cum |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | Disputatione inaugurali feriis quoque Michaelis lectione clausi. Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2536, fol.95 |
| | |
| Zeitraum | 18.10.1707–01.12.1707 |
| Text | Anno 1707 Mense Octobri / Finitis feriis Michaelis ad ea, quae in ultimis Pandectarum libris restabant, explicanda me accinxi. / et / Die 18 ♂ de criminibus extraordinariis, / [die] 20♃ de popularibus actionibus / [die] 21♀ de publicis iudiciis & de accusationibus, / [die] 24 ☽de exhibitione & custodia reorum, item de Lege Iulia Maiesatis. / [die] 25♂ de Lege Iulia de adulteris, / [die] 27♃ de Lege Iulia de vi publica & privata, item de raptu, / [die] 28♀ de Lege Cornelia de ficariis / [die] 31 ☽ de venficio, assassinio, latrocinio, incendio disserui. / Mense Novembri. / Die 1♂ Egi de Lege Cornelia de falsis, item Lege Iulia repetundarum, de annona, perculatus, ambitus. / [die] 3♃ De Lege Fabia de plagiariis & de Sancto Turpiliano & abolitione criminum. / } [diebus] 4♀, 7 ☽ [et] 8♂ de questionibus / [die] 10♃ de poenis / [die] 11♀ de bonis damnator. de bonis eor. qui ante sentent. & de interdict. & relegat. / } [diebus] 14 ☽ [et] 15♂ erant nundinae oppidanae / [v] / Mense Novembri / Die 17♃ De sentent. pass. & restitut. item de cadaveribus punitorum dictum. / } [diebus] 18♀, 21 ☽ [et] 22♂ Tractavi materiam de appellationibus aliisque remediis adversus rem iudicatam. / [die] 24♃ De iure fisci / [die] 25♀ de captivis & postliminio, de re militari & de veteranis disserui. / [die] 28 ☽ Exposui titulum ad municipalem & de incolis. / } [diebus] 29♂ [et] [Mense Decembri] Die 1♃ reliquos ultimi libri titulos exposui, totumque adeo Pandectarum opus publicis hactenus lectionibus explicatum absolvi. / Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.3, fol.96; fol.84 |
| | |
| Zeitraum | 29.02.1708 |
| Text | Anno 1708 / Novas Codicis lectiones publicas exorsurus, quo auditoribus etiam noviter advenientibus prodesse possem, paulo usquin [?] / Mensem Martium / longius eas distuli, interveniente quoque interea, qua interruptae fuissent, humanorum cadaverum duplici sectione publica. Quarum ultima ad finem perducta, conscriptum auditoribus invitandis programma typis excuid curavi, publiceque. / Die XXV ☉ illud proposui & diebus deinde } XXIX♃ [et] XXX♀ maxime prescitu necessaria ac fructuosu praefatus sum. Werlhofius. |
| Quelle | 37 Alt 2537, 104 |
| | |
| Zeitraum | 27.04.1708–29.06.1708 |
| Text | Anno 1708 / Mense Aprili / Finitis feriis Paschalibus dilatas adhuc parumpereorum gratia, qui auditores novi in Academiam forte adventuri, lectiones publicas / Die 27♀ redauspicatus sum & de Codicis Iustinianei a caeteris Codicibus differentia, de Codice Theodosiano, de quinquaginta item decisionibus cognitu utiliora praefatus, ad praemuniendam primorum Codicis titulorum doctrinam, de Iure Principum circa Sacra aliquid subieci. / Die 30 ☽ Consistorium publicum lectiones nostras remoratum. / Mense Maio / Die 1♂ De Summa Trinitate & fide Catholica, / die 3♃ de Sanctissimis Ecclesiis, / die 4♀ de Episcopis & Clericis & de Episcopali audientia, / die 7 ☽ de haereticis disserui, titulosque simul sequentes de iure Sacro exposui. / die 8♂ de |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | Legibus & mandatis Principum, 10♃ de vetero iure enucleando, & de iuris & facti ignorantia actum. / die 11♀ de precibus Imperiis offerendis Quando libello Principi dat. lit. contestat. fac. Ut lite pendente vel post povocatione nulla licet supplic. Si contra ius vel utilitas publica & de diversis rescriptionibus titulos explicui, caeteros vero ad finem usque primi libri titulos parum ad hodiernum usum facientes breviter percucurri. / die 14☽ Preces pro frugibus fundebantur. / [v] / Die 15♂ de edendo, itemque in ius vocando dictum. / die 17♃ erat dies Adscensionis Domini. / die 18♀ titulum de pactis / die 21☽ titulum de transactionibus interpretatus sum. / die 22♂ Consistorium publicum. / die 24♃ Oratio publica habebatur. / die 25♀ de transactionibus, quae dicenda supererant, absolvi, addidique expositionem titulor de errore calculi, & de postulando. / Post ferias deinde Pentecostales et Consistoriorum impedimenta. / Mense Iunio / die 12♂ de Advocatis diversorum iudiciorum & iudicum de advocatione fiscalia de errore Advocationis & ut quae definitione Advocationis partem iudicam suplicationis tituli explicati. / die 14♃ iterum consistorium lectionibus obfuit. / die 15♀ Ex quibus causis infamis irrogationis & de procuratioribus dixi. / die 18☽ Consistorium dixi rursus publicum lecturo obstitit / die 19♂ Titulos, ne lic. potentior. patroc. litigant praestare de his qui potentior. nomine p. ut nemo privatus titulos p. ut nem lic. sine iud. auctor. & ne fisc. vel Resp. procurat. P. explicavi. / die 21♃ de negotiis gestis egi. / die 22♀ Fuit Consistorium publicum. / die 25☽ de iis, quae vi, metusve causa & de dolore mala / die 26♂ de in integra restitutione minore de filiofratre minore, de fideiussore minore actum, additique tituli, si tutela vel curatione in rerven. [\] & si in communi, eademque causa in inf. rest. / die 28♃ iter necessarium / die 29♀ Consistorio publico lectiones impediverunt. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2537, 105 |
| | |
| Zeitraum | 02.07.1708–26.07.1708 |
| Text | Anno 1708 / Mense Iulio / Die 2☽ erat dies festus. / die 3♂ Consistorium lectionibus obstitit. / die 5♃ titulos Codicis de restit. in int. adv. rem iudic. vendit, vendit. pignor. donat. libertat. transact. solut. exposui. / 6♀ Consistorio iterum interfui. / } diebus 9☽ [et] 10♂ erant nundinae oppidanae. / die 12♃ iterum Consistorium / die 13♀ titulos si av. dot. si adv. delict. si adv. usucap. si adv. fisc. si adv. creditor. si ut omiss. haeredit. interpretatus sum. / die 16☽ in quibus causis in int. rest. necessar. non est qui & adv. quos in int. rest non poss. Si min. se maior dix. & sie saep. in int. rest. postul. tituli explicati. / 17♂ Persecutus sum materiam titulorum , de his qui ven. aetat. si mai fact. rat. hab. ubi & ap. quem cogit. in int. restit. agitand. / die 19♃ titulos de reputatione etiam per procuratore causae in int. rest. in int. rest. postul. ne quid nov. fiat, & de restitut. milit. / die 20♀ tit. de uxore militare & de tempore in int. restitut. / die 23☽ tit. quib. ex caus. maior de alienat. iudic. mut. caus. & de recept. arbitr. explicui. / [v] / 24♂ Pro-Rectoris minus rite suscepi. / die 26♃ de satisdando, de formul. & impetration. lumn. dando egi, librumque Codicis secundum absolvi, ne ad tertium dein progrederer perpetuis Pro-Rectoratus laboribus impeditus. / Johann Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2537; 37 Alt 211 H.3, 106, 11 |
| | |
| Zeitraum | 30.09.1708–30.11.1708 |
| Text | Anno 1708 / Octobri, Novembri ac Decembri Mensibus, Academiae Pro-Rector, |

| | |
|---|---|
| | lectionibus publicis horae matutinae decimae, ob labores magistratus assiduos, qui perpetuo pene illas interrupturi iusto aliquo cum Auditorum haberi fructu prohibuerunt, abstinere coactus sum. / Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2537; 37 Alt 212 H.1, 107; 24 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.12.1708–28.02.1709 |
| Text | Anno 1709/ Deposito circa finem MENSIS IANUARII magistratu Academico post Brunsvicenses. / Mense Februario / Nundinas, lectiones publicas denuo meditanti intervenientia. / Mense Martio / Candidati examina&disputatio inauguralis nonnihil remorae iniecerunt,&differrunt eas adhuc parumper, citra interruptionem eam maiori deinceps auditorum habendas fructu,&fortassis etiam pluribus verno tempore adventuris profuturas, rationem habui. / I. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 96 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 28.04.1709–28.06.1709 |
| Text | ANNO 1709 / Mense Aprili / Exspectato parumper post festum Paschatos plurium, lectiones fortassis nostras qui cum fructu frequentare possent, auditorum adventu / Die 28 ☉ De lectionibus illis publicis iterum auspicandis eos certiores reddidi, et / 30 ♂ Tertium Codicis librum exorsus, titulum de indiciis explicare coepi / Mense Maio / } Diebus 2 ♃ [et] 3 ♀ Ubertas eiusdem tituli me detinuit / 6 ☽ Preces pro frugibus fundebantur / 7 ♂ Tituli de sportulius et sumtibus in diversis indiciis faciendis, De pedaneis iudicibus, Qui pro sua iurisdictione iudices dare darive possunt, Ne quis in sua causa iudicet et Qui legitimam personam standi in iudiciis habeat, lectionibus publicis materiam praebuere / 9 ♃ Erat dies Adscensionis Domini / 10 ♀ Titulos, ut nemo invitus agere vel accusare cogatur de ordine iudiciorum, de litis contestatione, de plus petitionibus itemque de dilationibus exposui / Die 13 ☽ Sequente De feriis, de iurisdictione omnium Iudicum et de foro competenti nec non Quando Imperiator inter pupillos vel viduas, vel alias miserabiles personas cognoscat, titulos interpretatus sum / 14 ♂ Ubi de criminibus agi oportet itemque ubi de possessione, ubi fideicommissum peti oportione. Ubi conveniatur qui certo loco dare promisit et ubi in rem actio exerceri debet dictum / 16 ♃ Consistorium publicum habebatur / [v] / Die 17 ♀ Ubi de hereditate agatur vel ubi haeredes scripti in possessionem mitti postulare debitent ubi causa status agi debeat. Ubi quis de curiali et cohortali conditione conveniatur. Ubi senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur. In quibus causis militantes fori praescriptione uti non possint. Ubi non causa fiscales agantur et Quando liceat unicuique sine iudice se vindicare notabiliores passim leges ex ceteris eligens exposui / Sequebantur Pentecostes festum, eiusque feriae, quibus finitis / 31 ♀ De inofficioso testamento novam materiam auspicatus sum / Mense Iunio / Die 3 ☽ Titulum de materia hac agentem absolvi / 4 ♂ De officiosa donatione / 6 ♃ De inofficiosis donationibus primum, postea de petitione haereditatis egi / 7 ♀ Titulum de rei vindicatione explicatus / 10 ☽ De usufructu et habitatione / 11 ♂ De servitute et aqua dictum / 13 ♃ Exposui titulos de Lege Aquilia et familia erciscunda / 14 ♀ Titulum communi dividundo et communi utriusque iudicii / 17 ☽ Titul finium regundorum nec non titulum de consortibus eiusdem litiis / 18 ♂ Examen Candidati fuit / 20 ♃ Tituli de noxalibus actionibus Ad |

| | |
|---|---|
| | exhibendum de aleatore et De religioso et sumtibus funeris explanati / Die 21 ♀ Examen Candidati continuatum / 24 ☽ Dies erat Ioannis Baptistae / 25 ♂ Titulus de rebus creditis et iureiurando interpretatus / 27 ♃ Disputatio, me praeside, inauguralis habita / 28 ♀ Titulus, Si certum petatur, explicatus / Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 97; Fol. 84 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1709–30.09.1709 |
| Text | ANNO 1709 / Mense Iulio / Die 1 ☽ Titulos Codicis de Suffragio, de prohibita sequestratione pecuniae et de condictione indebiti exposui / Die 2 ♂ Erat festum visitationis Mariae / Die 4 ♃ De condictione ob causam datorum, itemque ob turpem causam / Die 5 ♀ De condictione furtiua, item ex lege et sine causa egi / } Diebus 8 ☽ [et] 9 ♂ Erant nundinae oppidanae / } Diebus 11 ♃ [et] 12 ♀ Librorum distractio quaedam publica lectionibus obstitit / Die 15 ☽ Examen erat Candidati / Die 16 ♂ Titulum de obligationibus et actionibus item titulum ut actione et ab haeree et contra haeredem interpretatus sum / Die 18 ♃ Pro-Rectoratus mutatio fecit ferias / Die 19 ♀ Candidati examen repetitum / Die 22 ☽ Ne uxor pro marito vel maritus pro uxore et ne filius pro patre vel pater pro filio emancipato tituli expositi / Die 23 ♂ Disputationem habui inauguralem / Die 25 ♃ Titulum an seruus ex suo facto post manumissionem teneatur item, quando fiscus vel privatus debitoris sui debitores conuenier potest nec non de haereditaria actione explicui / Die 26 ♀ Interpretatus sum titulum ex delictis defunctorum in quantum haeredes conueniantur et titulum de constituta pecunia / } Diebus 29 ☽ [et] 30 ♂ De probationibus dictum / [v] / Mense Augusto / Die 1 ♃ Materia probationum finita / } Diebus 2 ♀, 5 ☽ [et] 6 ♂ Titulus de testibus explicatus / } Diebus 8 ♃ [et] 9 ♀ Examen Candidati habitum / Finitis nundinis Brunsvicensibus, auditoribusque exinde reversis / } Diebus 29 ♃ [et] 30 ♀ Titulus de fide instrumentorum expositus / Mense Septembri / } Diebus 2 ☽ [et] 3 ♂ Erant nundinae oppidanae / 5 ♃ Titulum, plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipitur, explicui / Die 6 ♀ De commodato actum / Die 9 ☽ Consistorium habebatur / Die 10 ♂ De pignoratitia actione dixi / Die 12 ♃ Consistorio interfui / Die 13 ♀ De institoria et exercitoria actum item, quod cum eo qui in aliena poteste est, negotium gestum esse dicitur titulos interpretatus sum / Die 16 ☽ Explicatio titulorum, per quos persones nobis adquiritur et ad Senatus consultum Macedonianum addita. Sequentibus mensis huius diebus ob catarrhum et sequentes deinde ferias Michaelis non docui, habui tamen in his ipsis / Die 30 ☽ Disputationem iterum inauguralem / J. Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 98; Fol. 51 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 14.10.1709–17.12.1709 |
| Text | ANNO 1709 / Mense Octobri / Die 14 ☽ Auditoribus iterum inuitatis. / 18 ♀ Exposui titulum Codicis ad Senatusconsultum Vellei. / } 21 ☽ [et] 22 ♂ Titulum de non numerata pecunia / 24 ♃ Titulum de compensatione. / 25 ♀ Titulum de usuris. / 28 ☽ Consistorio interfui. / 29 ♂ Reliquae leges tituli de usuris explicatae. / 31 ♃ Interpretatus sum titulum de nautico foenore et depositi. / Mense Novembri / Die 1 ♀ Titulum mandati. / 4 ☽ Titulum pro socio. / 5 ♂ Titulum de contrahenda emtione vend. / 7 ♃ Titulum de haereditate vel actione vendita / 8 ♀ Titulum quae res venire non possunt. Titulum quae res |

exportari non debeant. Titulum de eunuchis. Titulum de patribus qui filios distraxerunt. / 11 ☽ Titulum de rescindenda venditione et quando liceat ab emtione recedere / 12 ♂ Titulum si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata et titulum sine censu vel reliquis fundum comparari non posse. / 14 ♃ Titulum de periculo et commodo rei venditae / 15 ♀ Disputatio inauguralis habebatur. / 18 ☽ Expositus titulus de actionibus emti et venditi / [v] / } 19 ♂ [et] 21 ♃ Nundinae fuerunt oppidanae. / 22 ♀ Explicavi titulum si quis alteri vel sibi sub alterius nomine emerit, item titulum de rebus alienis non alienandis. / 25 ☽ Titulum de communium rerum alienatione et titulum rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienate / 26 ♂ Titulum de pactis inter emtorem et venditorem item de aedilitiis actionibus / 28 ♃ Titulum de monopoliis et de nundinis item de vectigalibus et commissis. / 29 ♀ Titulum vectigalia nova institui non posse, item titulum de commerciis et mercatoribus / Mense Decembri / Dies 2 ☽ Titulum de rerum permutione et praescriptis verbis / 3 ♂ Titulum de locato et conducto. / 5 ♃ Titulum de iure emphyteutico. / 6 ♀ Consistorio interfui. / 9 ☽ Expositus titulus de sponsalibus. / 10 ♂ Titulus de nuptiis. / 12 ♃ Titulus de incestis et in utilibus nuptiis itemque titulum de interdicto matrumonio inter pupillam et tutorem / 13 ♀Titulum si quacunque praeditus potestate vel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni suae adspirare tentaverint nuptias et titulum si nuptiae ex rescripto petantur. / 16 ☽ Titulum de secundis nuptiis. / 17 ♂ Titulum si secundo nupserit mulier cui maritus usumfructum reliquerit. itemque titulum de dotis promisse et nuda pollicitatione. Sequebantur feriae natalitiae. / Werlhofius

Quelle 37 Alt 2538, Fol. 99

Zeitraum 12.01.1710–31.03.1710

Text Anno 1710 / Mense Ianuario/ Die 12☉ auditoribus invitatis / die 16♃ exposui titulum Codicis de iure dotium, / die 17♀ titulum de rei uxoris actu / die 20☽ titulum de pacto conventionis tam super dotem quam super donationem propter nuptias et paraphernalibus / die 21♂ titulum de dotium cautionis non numeratione [?] / die 23♃ Pro-rectoratus mutabatur. / } diebus 24♀, 27☽ [et] 28♂ librorum publica distractio lectionibus obstitit. / die 30♃ Consistorio interfui. / die 31♀ de donatione inter virum et uxorem dixi. / Mense Februario / } diebus 3☽, 4♂, 6♃ [et] 7♀ Nundinae erant Brunsvicenses, quibus finitis, auditoribusque inde reversis / die 13♃ titulum de repudio et iudicio de moribus sublatis / die 14♀ titulum solutionis matrimonii quemadmodum dos petatur et, si dos constantis matrimonii solutio fuerit explicui. / die 17☽ titulum ne fideiussor dotium dentarum [?] rerum amotarum et ne pro dotibus mulieris bonis / quondam maritum addictis / die 18♂ titulum de fundatione dotale et titulum divortii facti apud quem liberi morari vel educari debent expositi. / die 20♃ Magistri creabantur. / die 21♀ de alendo liberorum a parentibus de concubitis et de naturalibus liberis et matrimoniorum eorum et ex quibus causis iustis officiis dictum. / die 24☽ de testamentaria tutela, et de confirmatione tutoris / die 25♂ de legitimatione tutelae item, qui petant tutorem vel curatorem / die 27♃ ubi petant tutorem vel curatorem item de tutore et curatore illustre / die 28♀ qui dare tutorem vel curatorem possit et qui dare non possit item, quando mulieris tutela officiis fungi possit disserui. / [v] / Mense Martio / Die 3☽ Consistorium publicum habebatur. / die 4♂ in

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | quibus casibus tutorem vel curatorem habenti tut. vel cur. dari possit. item de administratione tutoris vel curatoris / die 6♃ de periculo tutoris vel curatoris item quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri possunt dixi. / die 7♀ titulum si ex plur. tutor. vel curator. omn. vel unus ager. pro minor vel conveniri possunt titulum ne tutela vel curator. vectigal. conduc. et tit. de tutore vel curatore qui satis non dederit / die 10☽ tit. de suspectis tutoribus vel curatoribus, titulum de in lit. dand. tut. vel curat. et titulum de eo qui pro tutore negotia gessit interpretatus sum. / die 11♂ Consistorium publicum habebatur. / die 13♃ Consistorio privato interfui. / die 14♀ titulum si materia indemnit [?] promis. si contra matrimonium volunt. tutelam datam sit, ut causa post pubert. ads. tut. ubi pupill. educari debeant et de alimentatis pupillis praestandis explicui. / Post funus de hinc sacrai defunctae [?] dictum. / die 27♃ titulum arbitr. tutel. de dimid. tutel. et pro qua part. quisque tutor. conven. it de in lit. iurand. / die 28♀ tit. de haered. tut. vel curat. si tut. vel curat. non gesser. de usur. pupillor. de fideiussore tutoris vel curatoris et de contrac. iudic. tutel. / die 31☽ tit. de auctore praestando quand. tut. vel curat. desinde actor. a tut. seu curat. dand. de excusatione tutelis et curatoris et, si tut. vel cur. fals. allegat. excusat sit exposui. / Iohann Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 96; 148 |
| Zeitraum | 01.04.1710–30.06.1710 |
| Text | Anno 1710 / Mense Aprili / die 1♂ Tit. si tut. vel curat. Reip. caus. aber. tit. de excusat. veteran. tit. qui num liberor. se excus. et tit. qui numero tutelar. se excus. exposui. / die 3♃ de curator. furios. vel prodig. it. de praed. et al. rebus minor, sine decret. non alienand. dictum. / die 4♀ Interpretatus sum tit. quand. decr. opus non est, it. tit. si quis ignor. rem minor esse sine decr. comparan. / die 7☽ tit. si mai. fact. alienat. fact. sine decr. rat. habuerit, et tit. de magistrat. conven. / [}] diebus 8♂ [et] 10♃ erant nundinae oppidanae. [/}] / die 11♀ Tit. de serv. fugitiv. tit. de furt. et serv. corrupt. tit. de oper. libert. tit. de bonis libertor. et iur. patronat. nec non tit. si in fraud. patron. a libert. alienat. fact. sit, explicui. / Finitis deinde feriis Paschalibus. / die 25♀ de obseq. patron. praestand. de libert. et eor. liber de iure aureor annulor. et de natal. restit. egi. / die 28☽ Qui admitt. ad bonor. possess. poss. et intra quod. temp. quando non petent part. petent. accresc. et de bonor. possess. secund. tabb. dictu. / die 29♂ exposui titt. de bonor. possess. contra tabb. quam praet. liber. pollic. de bon. poss. contr. tabb. libert. unde liberi, unde legit. et unde cognat. et de successorio edicto. / Mense Maio / die 1♃ titt. de Carbon. edict. unde vir et ux. et de repud. bonor. possess. explicui. / die 2♀ tit. de collationibus interpretatus sum. / die 5☽ egi de testamento militis, / die 6♂ qui testam. fac. poss. vel non exposui. / [}] diebus 8♃ [et] 9♀ de testament. quemadm. testam. ordin. dixi. [/}] / die 12☽ de haered. instit. et quae person. haered. instit. non poss. / die 13♂ de institut. substitut. et restitut. sub condit. fact. / die 15♃ Consistor. publicum habebatur. / die 16♀ tit. de institut. substitut. et restitut. sub condit. fact. absolvi. / [}] / diebus 19☽ [et] 20☿ de impuber. et al. substitut. actum. [/}] / [v] / Mense Maio / die 22♃ Consistor. publico interfui. / die 23♀ tit. de impub. et alt substit. absolvi, addidique tit. de necessar. serv. haered. instit. et substit. / die 26☽ preces pro frugibus fundebantur. / die 27♂ de liber. praeter. vel exhaeredat. dixi. / die 29♃ erat dies adscensionis Domini. / die 30♀ de posthum. haered. instit. vel exhaeredand. vel praeterit. actum. / die |

Mense Iunio / die Die 2 ☽ Dixi de iure de liber. et de adeund. vel acquir. haered. / die 3♂ propter disputat. publ. non docui. / die 5♃ exposui tit. de repud. vel abstinend. haered. nec non tit. quemadm. testam. aper. inspic. et describ. / die 6♀ egi de edit. D. Hadr. toll. et quemadm. script. haer. in possess. mittat. / Finitis feriis Pentecostes. / die 19♃ tit. si quis aliquem testam. prohib. aut coeg. item tit. de his quib. ut indig. haered. aufer. et ad Sc. Silan. / die 20♀ tit. de codicill. / die 23 ☽ tit. de legat. explicui. / die 24♂ erat festum Ioan. Baptistae. / die 26♃ exposui tit. de verb. et rer. signific. tit. si omiss. caus. testam. et tit. de indict. viduit. et L. Jul. Miscell. tollend. / die 27♀ tit. de his quae poenae nom. nec non tit. de fideicommis. / die 30 ☽ tit. commun. de legat. et fideicomm. it. tit. de fals. caus. adi. leg. vel fideicomm. / Iohannes Werlhofius

Quelle 37 Alt 2539; 37 Alt 211 H.2, 97; 109

Zeitraum 01.07.1710–22.09.1710

Text Anno 1710 / Mense Iulio / die 1♂ Titulum Cod. de his quae sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur itemque tit. de condicionibus insertis / die 3♃ tit. de usuris et fructib. legator. nec non tit. ad SC Trebellianum / die 4♀ tit. ad L. Falcidiam itemque tit. de caducis tollendis / die 7 ☽ tit. de his qui ante apertas tabulas haereditates transmittunt item quando dies legati vel fideicommissi cedit exposui. / [}] diebus 8♂ [et] 10♃ erant nundinae oppidanae. [/}] / 11♀ interpretatus sum tit. ut in possessionem legatorum vel fideicommissorum servandorum causa mittatur tit. de suis et legitimis liberis et tit. ad SC Tertullianum. / die 14 ☽ tit. ad SC Orficianum tit. de legitimis haeredibus et tit. communia de successionibus. / die 15♂ tit. de bonis maternis / die 17♃ tit. de bonis, quae liberis nec non tit. de hereditatibus decurionum naviculariorum cohortalium militum et fabricensium. librumque Codicis sextum absolvi. / Curata hinc per acidulas valetudine et finitis dehinc nundinis Brunsvicensibus. / Mense Augusto. / Die 19♂ ad lectiones in librum Codicis VII habendas auditores invitavi, et / die 22♀ in primis XXXI Lib. huius VII titulis leges tantum notabiliores perpaucas delibavi, nobilissimo autem textui L. Diffamari [?] tit. de ingenuis manumissis plenius immoratus sum. / die 25 ☽ tit. de adquirenda vel retinenda possessione itemque tit. de praescriptione longi temporis / die 26♂ tit. in quib. causis cessat longi temporis praescriptio tit. si adversus creditorem praeser. oppon. / die 28♃ tit. de quadriennii praescriptione itemque tit. ne rei dominicae vel templor. vindic. temporis praesecr. submoveatur. / die 29 tit. de praescriptione 30 vel 40 annorum explicui. / [v] / Mense Septembri / die 1 ☽ tit. de annuali exceptione itemque tit. de alluvionibus et paludibus exposui. / [}] diebus 2♂ [et] 4♃ erant nundinae oppidanae. [/}] / die 5♀ tit. de sententiis praefectorum Praetorio nec non tit. quomodo et quando iudex sententiam proferre debet. / die 8 ☽ tit. de sententiis ex periculo recitandis itemque tit. de sententiis et interlocutionibus omnium iudicum. / die 9♂ tit. de sententia quae sine certa quantitate prolata est. tit. de sententiis quae pro eo quod interest proferuntur itemque tit. si a non competenti iudice iudicatum esse dicatur. / die 11♃ tit. de poena iudicis qui male iudicavit. tit. sententam rescindi non posse tit. de fructibus et litis expensis nec non tit. de re. iudicata. / die 12♀ tit. de exsecutione rei iudicatae. tit. de usuris rei iudicatae. tit. si plures una sententia condemnati sunt. itemque tit. quibus res iudicata non nocet interpretatus sum. / die 15 ☽

| | |
|---|---|
| | Disputatio inauguralis Iuridica, / die 16♂ Disputatio inauguralis Medica / die 18♃ iterum Disputatio inauguralis Iuridica habebatur. / die 19♀ exposui tit. comminationes epistulas programmata subscriptiones auctoritatem rei iudicatae non habere, tit. si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum sit. tit. de confessis. tit. inter alios acta vel iudicata aliis non nocere. nec non tit. de relationibus. / die 22☽ Inchoavi et absolvi etiam tit. de appellationibus, etiam cetera Libri VII. ante ferias Michaelis solemnia prohibitus. / Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 98; 32 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 21.10.1710–18.12.1710 |
| Text | Anno 1710 / Mense Octobri / Propter varias orationes hora mea X publice habitas paulo serius ad lectiones reverti coactus. / die 21♂ auditoribus invitatis, / die 24♃ tit. de tempor. et reparat. appellat. tit. quand. provoc. non est neces. itemque tit. quor. appelat. non recip. / die 27☽ tit. si pend. appell. mors interven. tit. de his qui per met. Iud. non appellav. nec non tit. si un. ex plur. appelav. / die 28♂ tit. si de moment. possess. fuer. appell. tit. ne lic. in una eademque caus. tertio appell. tit. qui bon. ced. poss. itemque tit. de bonis auctor. Iud. possid. exposui. / die 30♃ Disputatio inauguralis Medica habebatur. / die 31♀ Explicati tituli de priuileg. fisci, de privileg. dot. et de revoc. his quae in fraud. creditor. alien. sunt. / Mense Novembri. / die 3☽ Interpretatus sum titulos de interdict. quor. bonor. quod legator. / die 4♂ tit. unde vi, tit. si per vim vel al. mod. absent. perturb. sit possessio. tit. uti possidetis. / die 6♃ tit. de tab. exhib. de liberis exhibendis. de precario et Salviano intedictu de aedificiis privatis de nov. oper. nunciat. / die 7♀ tit. de operibus publicis. tit. de ratiociniis operum publicorum. tit. de pignor. et hypoth. / die 10☽ in quib. caus. pign. vel hypoth. tacite contrah. nec non tit. si res alien. pign. dat. sit, et tit. quae res pign. oblig. poss. vel non. / die 11♂ Oratio D. Schrammii publice habita. [/}] / Mense Novembri / die 13♃ Titulos, qui potior. in pignore et de his qui in prior. creditor. loc. succed. / die 14♀ titulos, si antiq. credt. pign. vendid. si commun. res pign. dat. sit, de praetor. pign. si in caus. iudic. pign. capt. sit, et si pign. pign. dat. sit. / die 17☽ titulos, de part. pign. et omni caus. de remiss. pignor. etiam ob chirogr. pecun. pign. retineri posse, et de distractione pignorum exposui. / die 20♃ erant nundinae oppidanae. / die 21♀ Interpretatus sum tit. debitor. vendit. pign. impedir. non posse, si vend. pign. agatur, de luitione pignor. et si un. ex plur. haered. creditor. vel debitor. part. suam debiti solverit vel acceperit. / Sequenti hebdomade propter necessarium aliquod iter docere non potui. Reversus inde et curata nonnihil valetudine. / Mense Decembri / die 5♀ exposui tit. si pignor. conventionem numerat. pecun. secut. non fuer. et de iur. domin. impetr. / die 8☽ tit de pactis pign. et de l. Commissoria in pignoribus rescindenda. / die 9♂ tit. de except. seu praescript. / die 11♃ tit. de litigiosis, it. de contrah. et committ. stipulatione / die 12♀ de inutilibus stipulationibus it. de duob. reis stipulandi et promittendi / [}] diebus 15☽ [et] 16♂ de fideiussoribus et mandatoribus. / die 18☽ de novationibus et delegationibus. / Sequebantur feriae natalitiae. / Iohannes Werlhofius |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 99; 77 (o.Signum) |

**Zitierhinweis**

Prof. Johann Werlhof. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-237-werlhof [22.08.2026]